

## De ubertate orationis Sophocleae\*).

### Pars prior.

Quaecunque dicimus, ita solemus dicere, ut orationis et cogitationis consensus quasi concensusque appareat: copiose igitur si quis loquitur, concitatiorem patet esse eius animum: item concisa dicendi brevitas ex cogitandi sentiendique ratione nascitur; quare pleonasmos quos dicunt necessitas genuit, post autem delectatio quaedam nonnumquam celebravit: quamque dicendi copiam apte animique motibus congruenter scriptores vel inscientes adhibebant, ex parte ornatus modo splendorisque causa posthac ea frequentata est. Cf. Bernh. Synt. p. 44. Quo factum est, ut aliquot copiosae orationis formae, adverbia imprimis, ita sensim vi sua tanquam hebescerent, ut invito scriptore non quaesita ubertate orationi quasi intercurrere solerent. Quem ad modum autem ea orationis copia vehementer placet summaque laude digna iudicatur, quae corporis instar humani, cuius nulla pars sine aliqua necessitate afficta est, accurata evadit affectuum effigies illustrisque imago; quaque rerum quasi gerantur tam clara sub aspectum efficitur subiectio, ut iis qui audiunt illud quod augeatur, quantum exprimere oratio possit, tantum esse videatur: in vitiis ponendi sunt omnes veri pleonasti, qui neque ad amplificandas quidquam conferant sententias, neque ad idoneum orationis ornatum atque gravitatem. Tanto igitur perfectior scriptoris oratio, quanto ea liberior ab omnibus inanis redundantiae exemplis: longe plurimae autem copiosae orationis formae cum nunc redundent, nunc appareant necessariae, qui de iis recte velit iudicare, et in scriptorum ingenium diligenter ei inquirendum et locorum ratio accurate perscrutanda est, ut quaenam apta sit orationis ubertas, quinam pleonasti, pro certo ei affirmare liceat. Quapropter de Sophoclis etiam dicendi ubertate sic disserendum arbitror, ut, sententiis copia quadam conspicuis ab omni parte omnibus consideratis, ii loci indicentur singillatim, qui pleonasti nomine notandi esse videantur. Quae sint autem in hac quoque re Sophocleae orationis virtutes praecipuae, id luculentius opinor perspicietur, eiusdem generis poetis, Aeschylo imprimis atque Euripide cum eo comparatis.

In oratione Aeschyli, cuius aetas in bella illa contra Persas gesta incidit, quique ipse acerrima vidit proelia, Marathonius quasi strepitus est virtusque heroica<sup>1)</sup>. Magnificentia vero illa atque sublimitas, quam alienam dicit Euripides Aristophaneus (Ran. 1058.) ab genere humano, cum in exultante audacia verborum, quae dubitaveris nonnumquam utrum verba habeas an portenta (Ran. 827 sqq.), tum in tumore quodam cernitur singulari (Ran. 940.): qua de causa Aeschyli *οτόμα* multis veterum dictis celebratum est<sup>2)</sup>; nec raro inflatum illud dicendi genus comicorum expertum est aculeos<sup>3)</sup>: imprimis autem eam orationis Aeschyleae naturam admirabili arte et cavillatione egregio illo Ranarum loco 1153 — 86. Aristoph. depinxit.

<sup>1)</sup> Quos ex Soph. fragm. locos attuli, eos indicavi ex edit. Paris., ab Ahrensius curata. In Aesch. locis citandis, quos Hermann. constituit numeros secutus sum. In Eurip. locis significandis accommodavi me ad edit. Teubn. ab A. Nauckio nuper adornatam. Fragmentorum vero eiusdem aliorumque poet. trag. usus sum editione F. G. Wagneri.

<sup>2)</sup> Cf. Anth. Pal. VII, 39. Ar. Ran. 1021: δοῦμα ποίησας Ἀρειος μετόπ. 1004. 1040 sqq. — <sup>3)</sup> Anth. Pal. VII, 411. Plut. de glor. Ath. V. p. 348. D. Quint. X, 1, 66. Hor. A. P. 280: docuit magnumque loqui nitique cothurno. Bernh. Gr. Litt. II. p. 755. — <sup>3)</sup> Ar. Ran. 837 sqq. 1378 — 1410. schol. ad Nub. 1367. Welck. Tril. p. 530.

Mutatis temporibus Euripidea tragoedia recessit et ab Aeschyli sublimitate et a maiestate Sophoclis, nobisque Atheniensium, qui tunc erant fere πολυλαλοῦντες (*Bernh. Gr. Litt. I.* p. 377.), imaginem proposuit distincte expressam: cf. Ar. Ran. 952: δημοκρατικὸν γὰρ αὐτὸν ἔδοσιν, quae vox cum loquacitatem eorum tum verbosum Euripidis sermonem ingenio naturaeque civium convenientem perstringit; cf. Ran. 980 sqq. Itaque Aristophanes (*Ran. 937* sqq.) ipsum Euripidem facit gloriantem, gravi verborum pondere ac sublimi dignitate tragoediam sese orbasse eiusque orationem propemodum enervasse. Consectatur autem Euripides studiose cum acutas crebrasque sententias, aucupia quasi gratiae ac delectationis, tum multus est in iterationibus verborum, affectuum nimirum vim vehementiorem eiusmodi orationis luminibus illustraturus.

Sine controversia enim et tota antiquitas et recentiores harum rerum existimatores primas huic deferunt in affectibus animi verborum copia describendis, eorumque qui audiant misericordia concitanda<sup>4)</sup>. Longioribus igitur sermonibus querelae funduntur acerbissimae, quae quantum ad misericordiam movendam conferant, *Plato*<sup>5)</sup> praecclare docuit. Atque cum sincerae elocutionis elegantiae dulcique sermonis facilitati imprimis studeret, idem magnificum illum tragicae orationis apparatum atque splendida ornamenta arcescebat, quibus illuminaret quasi simplicius dicendi genus, e consuetudine quotidiana assumptum, tragoediaeque verborum quandam affingeret dignitatem. Sed iis ornamentis, quibus Sophocles potissimum gravitatem addit orationi verumque splendorem, propria sua vi fere exutis intemperantius ita utitur, ut tanquam fucati dumtaxat candoris medicamenta ea captare videatur.

Sophocli vero, τῷ τραγικῆς Μούσῃς ἀστέρι Κεφαλόπῳ, lux effulsit splendidissima. Qui summo artium ac litterarum flore, quae Aeschylus inchoata reliquerat, prospera fortuna ad summum propagavit fastigium, formamque tragoediae effecit perfectam atque omnibus suis numeris absolutam<sup>6)</sup>. Atque dicendi artifex orationem ita conformavit, ut verae tragoediae dignitati ea conveniret, unde merita maiestatis laude uno fere consensu decorare eam consuerunt. Vid. *Bernh. Synt. praef. p. 13. Quint. X, 1, 68.* Tragoedia enim proprius ad humanae naturae similitudinem omnino adducta (*Aristot. l. c. 25, 6.*), quam poesis iustae normam Plato (*Legg. II. p. 659. C.*) constituit, eo enīs est, ut Aeschyleae orationis tumorem dicendique licentiam, extra ripas quasi diffluentem, quam abhorrente intelligebat ab arte atque natura, sapienter coerceret atque temperaret. Cf. *Bernh. Gr. Litt. II. p. 793. Herm. praef. Trach. p. X.*<sup>7)</sup> Neque tamen ita vulgaris vitae imaginem in tragoedia expressam volebat, ut nihil omnino discriminis inter quotidiani sermonis exilitatem et cothurni sublimitatem intercederet<sup>8)</sup>. Quam tragicae orationis maiestatem et in vocabulis artificiose copulatis, et in verborum conformatione, quam novator ille instituit insigniorem, et in aptissima dicendi ubertate positam animadvertisimus. Novavit autem genera orationis instruendae et ornandae non temerario novandi studio tractus, sed cum nihil moliatur inepte<sup>9)</sup> eo semper consilio, ut orationis color affectibus et condicioni congruat personarum. Cf. *Bernh. Synt. p. 13. Gr. Litt. II.*

<sup>4)</sup> Arist. *A. Poet. 13, 6:* ὁ Εὐρηπίδης εἰ καὶ τὰ ἄλλα μὴ ἐν οἰκονομεῖ, ἄλλα τραγικότατάς γε τῶν ποιητῶν φαίνεται. *Quint. X, 1, 68:* in affectibus vero cum omnibus mirus tum in iis, qui miseratione constant, facile praecipiuntur. — <sup>5)</sup> *De Rep. X. p. 605. D. Cf. Eur. Hec. 296:* οὐχ ἔστιν οὕτω στερεός ἀνθρώπου φύσις, ητις γάρ σῶν καὶ μαζῷστον σύνοντα θέργοντος οὐκ ἀνέχεται δάκρον. — <sup>6)</sup> Cf. Virg. Ecl. 8, 10: Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno. *Cic. Ep. ad Fam. XVI, 18, 3:* An pangis aliquid Sophocleum? Perfectissima enim quaeque vocantur Sophoclea. Nam Σοφοκλῆς πλείστον Μούσης εἶδε κλέος τραγικῆς: *Anacr. 116. Bergk.* — <sup>7)</sup> Quod discriminat ut uno altero exemplo illustrem, affero A. *Ag. 36:* βοὲς εἰπι γλωσση μέγας βέβηκεν cl. S. O. C. 1052: κλήσις εἰπι γλωσσα βέβηκεν deinde *Prom. 691* sqq.: οὐδὲ (ηὔχουν) αὖθις δισθέατα καὶ δέσουστα πηματα, λύματ' αμφίκει σὺν κέντρῳ ψυχεῖν εἴμαν, quocum loco conferas Al. 786: ξυρεῖ γάρ εἰς χοῦ τούτο. Ag. 1349 sq. cl. Ant. 1238 sq. — <sup>8)</sup> Nam: «grande sonant tragi, tragicos decet ira cothurnos» (*Ov. Rem. A. 375.*) et: «Omne genus scripti gravitate tragoedia vincit.» (*Id. Trist. II, 381.*) Cf. *Juv. VI, 636:* Grande Sophocleo carmen bacchamur hiatu. — <sup>9)</sup> Apte *Pors. Adv. p. 11.* elaboratam vocat et artificiosam Sophoclis seduicitatem.

p. 793., cuius verum de egregio poeta iudicium non debebat castigare *Wund.* Cens. ed. Lob. p. 93.<sup>10</sup>). Idem vocabulis copulandi duplicandique insolentia conspicuis non utitur nisi in chori interdum carminibus animisque vehementius omnino commotis ac perturbatis. Itaque fieri nequit, quin eorum qui audiant animi non tam dulci suavitate perfundantur, sed sublimius quasi evecti dicendi novitate perfringantur: omnes enim poeta ad se totos solet convertere atque rapere, ut summa animi intentione singularem verborum dictorumque gravitatem examinent in eiusque cogitatione defixi quasi teneantur.

Admirari non minus debemus incredibilem poetae prudentiam in oratione *copia et ubertate verborum* apte distinguenda, qua vix dici potest quantopere excitentur animi, incendantur, commoveantur: naturam enim hoc quoque in genere ducem sibi sumpsit atque auctorem: eoque duce ab asperiore via in planiorem sensim deductus, tam accurate omnem dicendi copiam expendit, ut quidquid aut mutaveris aut detraxeris vitiosius fere foret atque deterius. Fere ubique enim quidam veritatis color est, non fuso illitus sed sanguine diffusus: quantumque rerum ac personarum natura et condicio postulat, tantum verborum ubertatis poeta admittit<sup>11</sup>). Quantae vero animi sint commotiones, cum non tam verborum sola iteratione et verbosis personarum lamentationibus exprimatur: his orationis ornamenti Sophocles moderate utitur, eoque potissimum auditorum animos commovere studet, ut sententias grandi verborum vi ac maiestate insignes pronunciet, presse easdem atque anguste comprehensas: ut orationis Sophocleae ubertatem brevitatem esse insignem non inepte affirmare videar. Aversatur enim omnem dicendi ambitum qui latius se fundat, neque Aeschyli Euripidisque instar vocabulorum congeriem intemperantius consecutatur: praeterea eximia excellit diligentia in vocibus quae idem fere significant apte collocandis: quas quidem ita consociare solet, ut ex ipso illo, quo positae sint, loco singularis earum gravitas imprimis eluceat. Cf. *Bernh. Gr. Litt. II.* p. 793. Denique qui in his tragediis aliquantum versatus est, concedere is non gravabitur, saepius dicendi ubertatem non tam tragediae dignitatis esse augendae, quam ita factam, ut eorum qui audiant animos ad facinora fortunaeque tecte advertat tristitiam.

Jam vero quae de scriptorum ingenio considerate pronunciavit Quintilianus<sup>12</sup>), eadem ut de Sophocle statuamus, perducere eo nos videntur admodum memorabiles illae de eo sententiae *Dionysii Halic.* de vett. scr. cens. p. 69: ὁ Σοφοκλῆς πολλάκις ἐκ πολλοῦ τοῦ μεγέθους εἰς διάσκενον κόμπον ἐπιτίττων οἶον εἰς ὑδωτικὴν παντάπαιδι ταπεινότητα κατέρχεται et *Longini* 33, 5: ὅτε μὲν πάντα οἶον ἐπιγέγει τῇ φορᾷ, οβέννυται δὲ ἀλόγως πολλάκις. Cui iudicio de iis quidem, quas hodie habemus tragedias, exceptis forsitan aliquot *Philoctetae* atque *Trachiniarum* locis (cf. *Herm. praef. Phil.* p. XVI. et *Bernh. Gr. Litt. II.* p. 816. 818.), vix possumus assentiri. Licet enim etiam in iis vestigia deprehendantur exilitatis et loquacitatis, tantum tamen abest, ut criminis id poetae vertendum sit, ut laudi eius cumulus inde quasi accedat: Euripideae enim personae cum eodem omnes loquantur sermonis flumine (cf. *Dionys. l. c. Ar. Ran.* 948 sqq.<sup>13</sup>), Sophocles quae est eius sapientia figuram orationis et plenioris et tenuioris ad id quod agit accommodare solet eamque ita uti personae ferunt moderari: omnino uti quidquid est dicendum ita dicit: nec satira ieune nec grandia minute, nec item contra, sed est rebus ipsis par et aequalis eius oratio: itaque dicendi ornamenti utitur alias contentius alias summissius. Cf. *Bernh. l. c. II.* p. 721. 798. Atque nunciorum

<sup>10</sup>) Eodem spectant quae Sophocles de Aeschylo dixisse traditur: ὁ Αἰσχύλος, εἰ καὶ τὰ δέοντα ποιεῖς, ἀλλ' οὐκ εἰδός γε ποιεῖς: probant enim, recti venustique sensu poetam fabulas composuisse. — <sup>11</sup>) Dion. Halic. de vett. scr. cens. 11: Σοφοκλῆς μὲν οὐ περιττὸς ἐν τοῖς λόγοις ἀλλ' ἀναγκαῖος. — <sup>12</sup>) Inst. or. X, 1, 24. — <sup>13</sup>) Sententias argutiores ipsisque ex reconditis doctrinae et philosophiae fontibus petitas haud scio an Euripides nutricibus, feminis, servis propterea tribuere soleat, ut quae ipsius sint sententiae manifesto significet; cf. Hipp. 264 sq.: οὐτω τὸ λλαν ἡσσον ἐπαινῶ τοῦ μηδὲν ἄγαν καὶ ζεμφῆσοντι σοφοὶ μοι. 379 — 89. Quint. X, 1, 68.

imprimis sermonem loquacitate quadam eoque dicendi genere, quod in vitae consuetudinem declinet, conspicuum esse voluit: quod quidem cum fugerit istos Sophoclis iudices, quam apte poetae faciant, Cicero perspexit, qui cautius illis ac prudentius de ea re dicit<sup>14)</sup>. Quamquam magno opere cavendum est, nuncios servosque ne fatuos opineris de plebe homines nimisque abiectos: quae de custode in Antig. Hermanni (ad Aristot. A. P. p. 259.) erat olim sententia, recte ea improbata Wexio Prol. in Ant. p. 83. Sed insunt in oratione nunciorum haud pauca sane exilitatis cuiusdam atque licentiae exempla<sup>15)</sup>; neque omnibus omnino vacat ea

<sup>14)</sup> Or. 31, 109: An ego Homero, Ennio, reliquis poetis et maxime *tragicis* concederem, ut ne omnibus locis eadem contentione uterentur, crebroque mutarent, nonnunquam etiam ad quotidianum genus sermonis accederent. — <sup>15)</sup> Nimis lepide Schneider. Ant. 24: θεῖαν ροῆν cum nostrae plebis voce: „höllisch“ componebat; cf. Ai. 196. Wund. ad Ph. 191. Neque Wex., quod olim Ant. 418: οὐραῖον ἄγος ad hominis „plebeii“ sermonem adumbrandum usurpari suspicatur, hodie opinor probaverit; cf. Blomf. Aesch. Pers. 579; quamquam Aristophanis illud (Ran. 781, 1135.) οὐραῖον ὅσον communis est sermonis. Facilius vero adducor, ut concedam in *Wexii* sententiam de μῆκος Ant. 393., quamquam ne de hoc quidem loco audeo decernere. Solutum vero dicendi genus (Ai. 770.), comparationes simpliciores eaque Homero simillima (Ant. 424 sqq.), nativa et fusa enarrandi ratio (Ai. 719. Ant. 277. Neu. Ai. I. c.) atque loquacitas quaedam omni in re referenda (Ai. 756—75. Ant. 227 sqq.) nunciorum personis apta est et consentanea. Qua de causa garrulitatem istam ab aliis tragœdiae personis exprobari nonnumquam iūs videamus, ut Tr. 416. Ant. 320. Ex quotidiano autem sermone sumptum arbitror O. R. 1145: ὡς τὰ, quod cum hoc loco uthote in nuncii oratione positum habeat quo defendatur, merito repudiatum est ab *Doederlinio* Oed. Col. 1169; non Sophoclem enim decet, quod Euripi placet, qui Heracl. 688. famulum hac voce Iolaum facit compellantem: quod Ph. 1387, vero eadem Neoptolemus in Philoctetae appellatione uititur, id haud scio an negligenter quadam factum sit; cf. Elmsl. Eur. Bacch. 801. Pflugk. Heracl. 322: Neque potestas omnino inde datur, invito poeta vocabula emendandi studio inculcandi, quae ab tragediae dignitate abhorreant: temere igitur Valck. Eur. Hipp. 406. pro verbis τάν δέηται (Ph. 927.) restituendum arbitrabatur: παιπάλημα; cf. Lob. Ai. p. 244. Neque probaverim conjecturam L. Dindorfii O. R. 597: τὸν οἱ σέθεν χοῦστες αἰχάλλοντι με, quam Wolff. de Soph. Schol. Laur. p. 253. probat, receperunt Wund. ac Schneider. In his enim, quae a canibus ductae sunt, locutionibus translati aut *contemptionis* inesse solet significatio, aut *adulationis*; cf. Aesch. Ag. 1187: γλώσσα μωρής κυρός. Soph. El. 299: τοιεῦτ' ὄλεστε. Itaque homines impudentiores lascivioresque κύρες appellantur; cf. Both. ad Eur. H. f. 393. Ter. Eun. 4, 7, 33; imprimis αἰχάλλειν ita solet usurpari, ut adulationis vis residenceat; cf. Ar. Eq. 48: ἐποταύω τὸν δεσπότην ἔχαλλ', ἴθων, ἐχοάκεν', ἐξηπάτα. 211. Bekk. An. I. p. 21, 26. 358, 26. Albert. ad Hesych. I. p. 156, 23. Quod Peleus autem Eur. Andr. 631. vehementissime in Menelaum inventus libidinemque ei exprobans effrenatam dicit: ἀλλ' ὡς ἐνεῖδες μαστὸν ἔχβαλον κύρος φίληντι εἰδένω, προδότην αἰχάλλοντον κύρα, neque decoram vocaverim eam translationem et excusationem eius quamvis non satis idoneam afferre licet flagrantem aestum animique concitationem, qua Pelens quasi abreptus omnia in inimicum coniicit maledicta. Quae sententia quantum ab Sophoclea distet, nemo non videt. Omnino αἰχάλλειν comicorum magis esse videtur quam tragicorum ideoque evitatum Sophocli. Atque ut eo non abstinerit, ab hoc quidem loco alienissimum est: perversa enim neque congruens Creontis animo efficeretur sententia: non video enim, quamnam tandem ratione propter adulationem, qua qui sapiat bona que frugi sit homo vix gloriatur, Creon felicem ipse se possit praedicare, quem eius rei taedere oporteat. Contra ἐχαλλόντι με significat: ex aedibus me evocant auxilium petituri, quam sententiam satis declarant verba quae accedunt: οἱ σέθεν χοῦστες. Eadem enim fere vis sine dubio huic conceienda est activo, quam medio subiectam esse constat; cf. Ph. 1264: τι μὲν ἐχαλλεῖσθε; τὸν χεζομένον, κύρον; Licet enim medium eo differat activo, quod consiliū cuiusdam, quo quis advocetur, notionem animique rei quae versetur intentioris ipsa forma perspicuum exhibet, ad eandem vim prope accedere putandum activum est, additis praesertim verbis, ex quibus animus consiliumque vocantis cognoscatur, ut Ai 835: καλῶ δ' αἴσιγοντος τὰς αἵτιοφας πάντα τὰν βοτοῖς πέδηται Ερενὸς τανόποδας μαθεῖται εἰμέ. In simili causa O. C. 1376: τὸν δὲ αγαπαλουμένον μάχοντας εἰδένω μείον medium usurpat, cum Eur. Tro. 469. legatur activum: οἱ θεοὶ ταχοὺς μὲν αγαπαλοῦντος ζυμμαῖον. Porro cum Eur. Bacch. 446. contendat Ib. 1143. De γέρει et γέρεσθαι v. Reis. En. O. C. 6. Pflugk. Eur. Hec. 308. De αἰγεῖσι et αἰγεοσθαι Wund. ad Ai. 129. quamquam is quidem de hoc usu parum circumspecte iudicat, velut ad Ai. 628., quo multo facit sapientius Schneider. Neque raro activum excipit medium, ut Ph. 1029. 351. Aesch. Ch. 401. — Sed, ut eo unde digressa est referat se disputatio, a quotidiano usu repetitum pronomen ποτοῖς Tr. 426. Cf. Ar. Ran. 529. Eq. 32. Heind. ad Plat. Charm. §. 47. Reis. p. 74. Kock. Mus. Rhen. IX. p. 530; quod cum nuncii orationi aliquantum conveniat, in ipsa Trachiniarum condicione potius ac natura cansam huius usus positam videri si quis contendat, equidem omnino non repugno; cf. Bernh. Gr. Litt. II. p. 819. — Item a vita consuetudine arcessitum custodisque orationi consentaneum videtur esse, quod dicit ille Ant. 228 sq.: τὰς τις, οἱ χωρεῖσι, οἱ μολὼν δόσεις δίχην; cf. Schneider. ad h. l.; cuius dicti apud Sophoclem non novi alterum exemplum, cum ulterius progredivatur Euripides Med. 402 sq.; cf. Neophr. fr. Med. 2, 1 sqq. — Solutae denique orationis, nisi fallor, imperativus habendus est Ant. 1168 sq.: πλούτει τε γάρ καὶ οἰκογν. κ. τ. l. Usitatus est enim usus ille imperativi, quem vocant *concessivum*, cuius multa afferre possum exempla, ut Hom. Il. 2, 330. Soph. Ant. 324: χομψεῖτε τὸν τὴν δόγαν. Ib. 71. 98. 524. 538. 1061. Ai. 961. 971. 1039. 1107. El. 678. 803. 1055. O. R. 444. 445. 576. 1076. 1158. O. C. 455. 852. 1038. Tr. 815. 819. Ph. 85. Bernh. S. p. 392. Mehlhorn. Diar. litt. ant. 1836. p. 1213. Ov. Met. IX. 30. Inde Antigonae locus viam quodam modo aperit ad eum imperativ., quo quid ponit significatur: cf. Bernh. I. c. p. 392. Cic. Tusc. I. 13, 30. Xen. Hier. 8, 3. Qui imperativus, cum tenue prodat disputandi filum, communis utique sermonis speciem prae se fert, eique dicendi rationi cognatus est, qua enunciati condicionalis loco simplex enunciatum ponitur, eidem a tragicis sermonis dignitate alienae: quam ob rem hanc dicendi brevitatem, de qua v. Ar. Av. 76. Eccl. 179. Viger. p. 508. Dissen. ad Dem. de cor. §. 117. p. 284 sq.

pleonasmis, quorum infra mentionem faciam. Sed, si quaerimus, per pauca apud Sophoclem inanis redundantiae exempla reperiuntur, quamquam Wunderus imprimis, ceteroquin multis rebus de Sophocle bene meritus, inauditi pleonasmi nomine multos locos notavit eosque ut est conjecturarum gloriolae aliquantum avidior, aut corrigendos censuit aut tanquam inepta histrionum inventa eiiciendos. At prudentia eximii poetae et diligentia cognita, rerum et personarum causas ac condiciones malui perscrutari et in orationis genere dijudicando examinare, quam divini poetae existere tyrannus eiusque ingenii impetum violenta dominatione coercere ac debilitare: malui equidem eam tenere viam, quam persequendam prudentissime iubet *Quintilianus X, 1, 26*: Modesto tamen et circumspecto iudicio de tantis viris pronuncandum est, ne quod plerisque accidit, damnent quae non intelligunt. Ac si necesse est in alteram errare partem, omnia eorum legentibus placere quam multa displicere maluerim.

### Cap. I. De ubertate et gravitate notionis in aliquot verbis conspicua.

Cum Aeschylus et Euripides tum Sophocles multi sunt in aliquot verborum usu, quae cum ad gravitatem tragicae orationi arcetendam adhibita sint, propria tamen sua vi numquam prorsus exuta apparent. Dico autem tria potissimum verba: *τρέγειν*, quod Sophocle neminem studiosius consecutum esse iam schol. indicarunt. Cf. *schol. Ant. 884. Ellendt L. S. s. v; περυνέναι*, quod numquam simpliciter pro verbo *εἶναι* usurpari, sed vel *natura* vel *ingenio*, vel *fati* quadam *necessitate* tales comparatos esse significare quales dicantur, facile est intellectu. Cf. *Ellendt. s. v. Sommer. Comm. de Eur. Hec. II. p. 6*. Cuius verbi simile habetur partic. *γεγώς*, quippe quo vitia, virtutes, vitae condiciones non ut ita dicam temporariae sed firmiores naturaeque hominum insitae atque innatae significantur: *O. R. 1181. O. C. 1132. El. 24. Tr. 1129. Alet. fr. 239, 10; cf. Ellendt. I. p. 367*. Tertium affero verbum *καλεῖσθαι*, quod facit ut sententiae singulari quodam colore ornentur. Errore autem scholiastis opinor auctoribus latius opinione etiam hodie disseminato hoc verbum nihil aliud significare dictitant nisi *εἶναι*. Cf. *Wakef. Eur. Alc. 337. Valck. et Monk. Hipp. 2. Pflugk. Hec. 623. Blomf. A. Ag. 1244. Naegelsb. II. II, 260. Wiedemann. de Soph. imit. Hom. p. 18 sq. Nauck. Philol. IV. p. 547*. Immo apud Soph. certe, ne de appellationis vi dicam, valet i. q. *ex sententia alicuius esse*, atque ita aut *gloriae* inest notio aut *ignominiae*. Quo fit ut interdum verbo *εἶναι* opponatur, ut *Tr. 1158. Eur. Hec. 552. El. 899. Ion. 309*. Quod si Electra de matre enunciat *El. 1194: μῆτηρ καλεῖται, μῆτοί δ' οὐδὲν ἔχουσι*, nomen matris cum eiusdem moribus non convenire nominisque laude eam indignam esse aperte dicit. Idem fere Hyllus dolore afflictus verbis illis exprimit *Tr. 735: ὁ μῆτερ, ὡς ἀν.. σ' ἐν εἰλόμαν... ἄλλους κεκλήσθαι μῆτρα*, quibus matrem ut suam matrem colere sese non posse affirmat; atque acerbius etiam Hercules *Tr. 1065*. Hyllum admonet, ut tanquam genuinus filius faciat neve potiorem putet, quae mater *appelletur: καὶ μὴ τὸ μῆτρὸς ὄνομα προεβεύσῃς πλέον*: cui patris monito firmamento quasi ac rationi sunt filii ipsius verba *v. 817: ὅγκον γὰρ ἄλλως ὄνόματος τέ δεῖ τρέφειν μῆτροφον, ἵτις μῆδεν ὡς τεκοῦσα δῷῃ*; Non minus perspicua vis verbi est *Tr. 551: φοβοῦμαι μὴ πόσις μὲν Ἡρακλῆς ἐμὸς καλεῖται, τῆς νεωτέρας δ' ἀνήρ*; abhorret enim *Deian. voculas malevolorum famaeque ignominiam*. Addo *Ai. 1368: οὖν ἀρα τούτοις, οὐκ ἐμὸν κεκλήσεται*. et *Ph. 94: ὀκνῶ προδότης μα*

*Fritsch. ad Ar. Thesm. 154. p. 49. Heind. et Wuestem. ad Hor. Sat. I, 1, 45. Kuehn. ad Cic. Tusc. II, 12, 28.* cum admirerit Euripides (*Or. 638.*), evitavit Sophocles. Namque *Ant. 229: καὶ τάδε εἴσεται Κρέσων* cave Wexio auctore ellipsim istam statuas; conditionalis enim enunciati forma ab hominis natura abhorret sollicite fluctuantis et vehementer perturbati.

*λεῖοθαι.* Existimatione enim hominum et Agamemnon et Neoptolemus consulit, neque illic famae, hic infamiae notionem cognosci denegaveris. Utramque eodem enunciato expressam vides El. 365 sq.: *νῦν δὲ ἔξω πατρὸς πάντων ἀρίστου κεκλῆθαι, καλοῦ τῆς μητρός.* Ignominiae vim facile sentimus etiam Tr. 454. O. R. 522. 1359. Ant. 680. fr. Synd. 259, 3. Laudis vero significatio cernitur Ph. 85: *κατὰ τὸν λοιπὸν χρόνον κέκληστο πάντων εὐσεβέστατος βροτῶν,* quibus verbis ironiae sane plenis admirabili arte a poeta insignis ista Ulixis levitas exprimitur, qua existimationem honestatemque parum curat; cf. v. 119., ubi initio sententiae posito *οὐρός* astutiae laus ut cum maxime expetenda praedicatur: quam *laudem* significari, id patet etiam ex v. 117: *δύο φέρει δωρήματα.* Quibus apte adnectimus El. 970. et 1089. O. C. 108., ubi gloriae vis etiam voce *τιμοράτῃ* adiecta pariter augetur atque O. C. 1304: *ὅσσιπερ Ἀττάς πρῶτοι καλοῦνται καὶ τετίμηνται δορέ.* Cf. O. R. 1202 sq.: *ἔξ οὖν καὶ βασιλεὺς καλεῖ ἐμὸς καὶ τὰ μέγιστη μεταμόρφης, quae chori laudatio κλεινότητα illam Oedipi* (v. 8.) nobis revocat. Eur. Hec. 625. Suppl. 553. Nec sine quadam pietate et reverentia Thebanus ille quaerenti Oedipo respondet O. C. 69: *Θησεὺς καλεῖται.* Eiusdem laudis significatio apparet El. 693. Cf. Schneidew. Tr. 1205: *ἄλλου γενοῦ του, μηδὲ ἐμὸς κληθῆς ἔτι i. e. noli Hercule patre gloriari.* Ib. 1105: *ὁ τῆς ἀρίστης μητρὸς ὀνομασμένος, ὁ τοῦ κατ’ ἄστορα Ζηνὸς αὐδῆθείς γόνος,* quo Herculis dicto originis *gloriae* miseriarum turpitudine apte opponitur. *Όνομάζεσθαι* enim verbi non diversam esse rationem exposuit Toup. Add. ad Theocr. p. 402; qua usus auctoritate Doederl. O. C. 61: *καὶ φέρουσι τούρωμα τὸ τοῦδε ποιὸν πάντες ὀνομασμένοι recte eodem refert; suadent autem hanc interpretationem et quae praecedunt verba: εὑχονται εἶναι, et participii collocatio.* Neque sua vi vacat responsum illud Neoptolemi Ph. 240; patria enim appellata, in patriamque reditu eaque mentione Philoctetae desiderio salutis non minime incitato, quod ad commovendum eius animum longe plurimum valet, suavi gradatione ultimum pronunciat: *αὐδῶμαι δέ παῖς Ἀχιλλέως:* quae si quis εἴμι δέ interpretatione languida sane redderet, orationis vim vehementer infringeret: multum enim hac rerum condicione refert, cum sui quadam aestimatione patris meminisse, cuius nomen filium commendet. Quo spectat etiam haudquaquam inane illud Philoctetae alloquium: *ὦ φίλτάτου παῖ πατρός.* Enervat haud aliter sententiam, si quis Ellendtio auctore Ph. 430: *ἴνα χρῆν ἀντὶ τούτων αὐτὸν αὐδᾶσθαι νεκρόν* interpretatur: mortuum *esse*, cum *nuncii dulcedinem* exprimi facile sentiamus. Quam singulari autem studio poeta verborum delectu intimos animi motus adumbrare nitatur, certo perspicietur ex El. 1148: *ἔγώ δὲ ἀδελφή σου προσηγνόμην ἀελ,* ubi fraterni amoris dulcedo verbo egregie significatur; dulci enim fratris consuetudine, quodque fratri licuerit sororem, sorori fratrem appellare, Electra delectari indicatur. Neque idonea verbi vis desideratur Tr. 149: *ἔως τις ἀντὶ παρθένου γυνὴ κληθῆ,* quod cave vertas: donec virgo uxor *fiat:* immo vincula declarantur, quibus obstricta posthac uxor teneatur, cuius curae iam ad virum liberosque referantur, quorum saluti prospicere debat: inest igitur, ut in pauca conferam, relatio quaedam ad eos, a quibus uxor matrisque nomine vocetur. Quam huius loci vim illustrat optime Goethei nostri illud (Herm. et Dorothe. II.): *Ich möcht' um vieles nicht heute Vater heissen und nicht für Frau und Kinder besorgt sein.* Neque alienum est adhibere Ov. Met. VIII, 464: *Et diversa trahunt unum duo nomina pectus.* Ib. 508: Nunc animum pietas *maternaque nomina* frangunt. — Denique non tam superbiae quam laudis quaedam significatio cognoscitur O. R. 8: *ὁ πᾶσι κλεινὸς Οἰδίπος καλούμενος,* quae verba cum Wunderus nimia circumcidendi amputandique libidine inductus delenda censeret, tanquam Sophocle indigna, multos eosque idoneos nacta sunt patronos, velut Witzschel., Thudich. Diar. litt. antiqu. 1842. p. 712 sq., Wolff. l. c. p. 157., imprimis Schneidew. ad h. l.

Neque iis locis, quos pleonasmi nomine ne *Bernh.* S. p. 194. quidem audet liberare, nihil nisi eloquendi tumorem haberi adducor. Dico autem verbi *καλεῖσθαι* usum in *locorum appellatione*. Cf. *Schneidew.* ad O. R. 1451. Quo quidem loco Oedipus (*ἄλλ' οὐ με βαλεῖν δρεσσού*, ἐνθα κλήσεται οὐμός *Κιθαιρών οὗτος*) ipso pronomine adiecto montem dicere significatur miseriis suis celebratum. Tr. 639. vero *Schneidew.* κλέονται recte interpretatur: *celebrantur*. Interea non infitior, vim verbi usu sensim coepisse quasi hebescere: cf. *Apoll. Rhod.* IV, 115: *ἴνα Κροῦ καλέονται Εύναι*. *Schaeff.* Ind. Gr. Cor. p. 986. *Wyttensb.* ad *Plat. Phaed.* p. 107. C. — Tr. 659: *ἐνθα κλήσεται θυτήρ* non est huius loci, cum significet: ubi sacra facere *dicitur*.

Jam vero, quae de verbo *καλεῖσθαι* affirmavi, officere iis videtur Philoctetae illud Ph. 228: *ἄλλοι οἰκτίσαντες ἄνδρα δύστηνον, μόνον, ἔρημον ὅδε κάφιλον καλούμενον*: ac profecto si pro *καλ.* scriptum esset *οὐτα*, nemo offenderet in sententia; *καλούμενον* vero cum apte explicari non possit, conjecturis plerique afflichto loco mederi studuerunt. Atque *Herm.* cum olim proposuisset *καλώμενον* — et mihi quoque aptum aliquando videbatur: *κακόν φίλων ἀλώμενον* cl. O. C. 1363. —, postea *καλούμενον* φωνήσαte reddidisset interpretatione parum commoda: *invocantem alloquimini*, ed. III. in Brunckiano: *κακούμενον* acquievit. Sed quam affert interpretationem, artificiosior ea est quam verior. *Bergkii* futur. illud *καλούμενον* langidi aliquid habet, eodemque incommodo *Rauchensteinii* (Ann. phil. et paed. 62. p. 123.) emendatio: *ἀποκαμούμενον* laborat, ut de anapaesto quinti pedis taceam. *Schneidew.* conjecturae ipse suaee (*χυλούμενον*) fidem habere non videtur. Mihi quidem in mentem venit: *λελειμένον* vel *ἀμελούμενον*. Cf. *Neophr.* fr. 2, 6: *Ψυχὴν ἐμὴν ὁρῶ* ἔρημον καὶ παρημελημένην. Quod omnibus placeat, nemo dum reperit.

## Cap. II. De redundantia in vocabulis compositis non inani.

*Verbis compositis* delectari Sophoclem veteres iam interpretes intellexerunt. Cf. *Schol. O. C.* 1648: *ἴδιον αὐτοῦ τὸ πολλὰς κεχρῆσθαι ταῖς προθέσεσιν*. *Eust.* p. 923. 2. Ac fuerunt qui laudatam poetae artem in eo scilicet positam opinarentur, ut cum simplicia pro compositis (cf. *Wund.* ad Ai. 745. O. R. 741.) tum composita pro verbis simplicibus ponere soleret. Cf. *Wund.* ad Ant. 27. Quod qui statuunt, hebetant ii atque praestringunt manifesto aciem sententiarum. Vere enim *H. Schmidt.* in lib. schol. Viteb. 1846. p. 7: „Quamquam ad ipsam sententiam loci interdum nihil referre videtur, utrum simplex aliquod verbum an compositum a scriptore positum sit, sensus tamen et cogitatio eius, qui legit vel audit ea verba, haudquaquam dici potest pariter simplici verbo affici atque composito.“ Longum tamen est de omnium compositorum vi singillatim exponere, cum praesertim sentiri potius ea saepe debeat, quam verbis explanetur. Nec defuerunt huic explicandi negotio diligentiores Sophocles interpretes. Cf. *Herm.* ad Ai. 217. 213. (Pfl. E. Hec. 6.) *Lob.* ad Ai. 320. *Schndw.* Ai. 163. Ant. 30. El. 619. *Koechly Diar.* litt. ant. 1842. p. 775.<sup>16)</sup> *Wunderus* raro fuit ut vim compositorum sentiret: quod contigit ei Ai. 261. Exempla sedulo concessit *Apitz.* ad Tr. 550. Pauca de uno loco subiiciam, quem diligentiae Sophocleae exemplum propounderim: *Wund.* enim ad Ant. 27: *τὸν.. νέκυν ἀστοῖσι φασιν ἐκκηροῦχθαι, τὸ μὴ τάφῳ καλύψαι* „et hic, inquit, et v. 203. et O. C. 430. *ἐκκηρούσσειν* pro simplici *κηρύσσειν* positum est.“ At cum v. 192. Creon tranquilliore animo *κηρύξας ἔχω* dixerit, invisi Polynicis

<sup>16)</sup> Quae ad tuendam scripturam Tr. 881: *αὐτὴν δημιουρούσεν* Wagnero auctore Köchly h. l. afferit, iis non in epite addere videor Ai. 1099: *οὐκ αὐτὸς ἐξέπλευσεν, ὡς αὐτοῦ κρατών*. Poterat poeta scribere etiam: *αὐτὴν δημιουρούσεται*. Cf. Ai. 1234: *ἄλλ' αὐτὸς ἀρχων.. Αἴας ἐπλει*. *Doed.* Min. Soph. p. 5.

memoria exacerbatus magis v. 203. composito utitur, quo ipsius edictum *publice* significat *promulgatum*; eadem sententia expressa est Ant. 27. Cf. v. 7: *πανδήμῳ πόλει κηρυγμα θεῖναι*. 34: *σαφῆ προκηρύξαντα*. 87: *ἐάν μὴ πᾶσι κηρύξῃς τάδε*. El. 606. Item animis personarum convenienter oratio variatur El. 256. 620. Ant. 307. 325.

De *adiectivorum vi compositorum*, ad quae iam transeo, cum *Lob.* in docta sua expositione ad Ai. 324. p. 232. caute ac dubitanter iudicet, nequaquam adducor equidem, ut eorum quae apud Soph. leguntur interpretationem eo dirigi patiar pracepto, quod *Herm.* ad Ai. 221. olim proposuit: „epitheta composita ita usurpari, ut primaria tantum quae in iis insit notio ad sensum loci adhibeatur, altera autem auribus tantum pleniore sono oblectandis inserviat.“ Quot vocabula enim apud Soph., totidem sensus exprimuntur, unaque voce composita plures una continentur notiones, quas, diligentius si indagaveris sententiam, omnes animo persentisces. *Δορύξενος* quidem *Reis.* ad O. C. 625. nihil esse nisi *ξένος* affirmat; meliora tamen docuit *Schneidew.* Idem de adiectivo *οἰόζωνος* O. R. 846., quod Hesych. apte iam reddidit voce *μονόστολος*, de *δεξιόσειρος* Ai. 140. et *χονθόνος* Ant. 343. ita disputat, ut aegre ei repugnetur. Sentiuntur etiam ac cogitantur quae in voce *τούπος τᾶς παλαιφάτου προνοίας* Tr. 823. insunt notiones. Cf. Aesch. Ag. 722: *παλαιφάτος δὲ ἐν βροτοῖς γέρων λόγος τέτυπται*: exprimitur enim et dicti et vetustatis auctoritas. Cf. Tr. 1: *λόγος.. ἀρχαῖος.. φανεῖς*. Hand aliter compositi vim enervaret, si quis schol. obsecutus Ph. 714: *οἰνοχύτου πώματος* nihil esse crederet nisi periphrasis *οἴνου*; simile huic exemplum exstat Eur. fr. Chrys. 6, 3: *ὑγροβόλους σταγόνας νοτίους*, quae cave interpreteris *ὑγράς*, cum *σταγόνες* madidae decidentes ideoque irrorantes dicantur. Porro O. R. 742: *λευκανθές κάρα* adiectis ipsis *χρούσιον ἄρτι* illustratur, quibus non simpliciter *λευκὸν κάρα*, sed grata a floribus sumpta similitudine crines *albescentes* significari edocemur. Neque *πᾶς* vim vocis *παντελής* Ant. 1016. adaequat; refertur enim adiect. et ad numerum ararum et ad eam qua inquinatae sint rationem i. e. *βωμοὶ πάντες τελείως πλήρεις*. Cf. 1163: *παντελῆ μοναχάν* i. e. omnem et absolutam. *Πάνδημος* Ant. 7. *Schneidew.* interpretatione sua illustrat. De voce *δικρατεῖς Ατρεΐδαι* Ai. 252. optime disputavit *Wund.* ad Ant. 146. et Cens. Ai. *Lob.* p. 90 sq., iisque exemplis *πολύχερων φόνον* Ai. 55. recte a Lobeckii dubitatione tuitus est. De adiect. *δίπαλτος* Ai. 407. et *δίστολος* O. C. 1055. scite *Ellendt.* expousit. Difficilior profecto diiudicatio est de vocis *ἀγρονόμος* O. R. 1103. Ant. 786. significatione; cf. *Lob.* Ai. p. 230 sq., cum sine negotio expediatur O. R. 26: *πόλεις φθίνονος δὲ ἀγέλαις βουνόμοις* i. e. *βοῶν νεμομένων*: boves enim, qui in vitae victusque flore et abundantia adhuc viguerint, in iisdem pratis subito iam perire dicuntur. Neque in adiectivi *πυκνόπτερος* O. C. 17. explicatione est quod haereamus; aperte enim nec *frequentes* solum luscinias, neque, id quod Doederlino videbatur, *crebris plumis obductas* in luco versari poeta significat, sed, ne careat descriptio alacritate, turbam avium depingit per lucum volitantium. Cf. *Wund.* Cens. Ai. *Lob.* p. 91. Absonum autem illud, quo nuper vir doctus nescio quis Sophoclem ornare sibi visus est: *πυρρόπτεροι*. Addo *ναὸς κοινόπλοιον* Ai. 782. Cf. Eur. fr. inc. 51. In adiectivis denique cum voce *ποίης* compositis aut firmi status, ut Ant. 985., aut motus significatio continetur. Cf. El. 1104: *κοινόποιον παρονόλαν*, vid. schol. Tr. 58: *ἄρτιπονς θρόσκει*. El. 1392: *παράγεται δολιόποιης ἀρωγός*. O. R. 866: *νόμοι ὑψηποδεῖς*, cf. *Meyer.* de epith. orn. Utini 1837. p. 22.<sup>17)</sup>. Quibus exemplis *Elmslei* adiectivi *έκατόμποδεῖς* (O. C. 718.) interpretatio: *έκατὸν δοκητορίδες* tanquam iusto

<sup>17)</sup> Alia sunt exempla El. 418: *σεινόπονος ἄρα* (cf. *Schill.* nostri Spons. Mess.: *Der schrecklichen Füsse Tritt.*); El. 491: *χαλκόπονος Έρυνης* (*Schill.* l. c.: *Eherner Füsse Rauschen vernehm' ich.*); Ai. 818: *Ἐρυνὴ τανύποδας*, cf. *Wund.* ad h. l. (*Schill.* l. c.: *Längst wohl sah ich im Geist mit weiten Schritten herschreiten das Schreckensgespenst.*

firmaque niteretur fundamento, nisi constaret, L a Graecis Nereides numeratas fuisse. Neque expletur vocabuli vis ea, quae *Doederlino* hodie quoque placet, interpretatione. Cf. Hom. Gloss. II. p. 213. *Lob.* Ai. p. 101. Neglexit enim notionem multitudinis. Multum vero ad dirimendas iuvat difficultates Pindari illud Scol. fr. 1, 12: *κονδάνη ἀγέλαν ἐκατόγγυιον*, quod *Meinek. Phil.* Exerc. in Athen. II. p. 29. primus cum loco Sophocleo contulit. Qua similitudine ducti in voce illa et *multitudinis* et *pernicitatis* vim inesse, *chorique* Nereidum *crebri* eiusque *properantis saltantisque* imaginem proponi, iure nobis videmur affirmare. Cf. *Schneidew.* ad h. l.

### Cap. III. De vocabulis praeter necessitatem uti videtur sententiae adiectis.

Accidit saepenumero, ut vocabula praeter necessitatem apposita esse videantur. Ex hoc genere sunt voces *πατήρ*, *μήτηρ*, *τέκνα*, cf. *Lob.* ad Ai. 1296. Neque vero redundantia earum statuenda: immo eum in finem addi solent, ut quae sint mutua parentum liberorumque officia piaque necessitudinis generisque vincula, verborum ipsa gravitate declaretur. Est etiam ut ambiguitatis acumen quoddam in eiusmodi vocibus delitescat. Ut ab simplici exemplo disputatio nostra ducatur, cf. fr. *Synd.* 2, 3; ubi de homine voraci lepide poeta: *γαστρὸς χαλειόθαι παῖδα, τοῦ πατρὸς παρόν*. In seria vero causa El. 365: *νῦν δὲ ξένον πατρὸς πάντων ἀρίστου παῖδα κεκλῆθαι, καλοῦ τῆς μητρός, quibuscum componere iuvat v. 341: δεινόν γέ οὐ οὐδαν πατρός, οὐδὲ παῖς ἔρνεις, κείνου λελῆθαι*. Liberi enim, quae erat Graecorum de seminarum genere opinio, *patris* potius esse quam matris putabantur; quare patris etiam multo magis studere rebus quam matri liberorum esse videbatur. Cf. *Schneidew.* ad h. l. Quo spectat quod Hercules Hyllum monet Tr. 1064. Porro v. O. R. 1015: *παῖς γέ εἰ τῶνδε γεννητῶν ἔρνεις i. e. si vere filius sum horum parentum. Inde ad generis nobilitatem translata hac locutione (cf. II. I. 280.), ut πατρὸς παῖς *genuinum* significet filium<sup>18)</sup>, non temere factum puta, ut in alloquendo potissimum locum habeat. Cf. *Phil.* 96. 453. Ai. 1393., de quo loco docte *Schneidew.* disputat; *Scyr.* fr. 1, 2. *Rhes.* 388. Declarant enim personae eo quod patris ipsius mentionem inferunt, quanta veneratione eos, ad quos verba faciant, prosequantur, quantique parentum nobilitatem ducant, quae cum aliis virtutibus in liberos una quasi redundet<sup>19)</sup>. Obtinebat enim veterum opinio, parentum virtutes hereditate liberis tradi. Cf. *Phil.* 1311: *τὴν φύσιν δὲ ἔδειξας, ἐξ ἣς ἔβλαστες οὐχὶ Σισύφου πατρός, ἀλλ᾽ ἐξ Ἀχλέως<sup>20)</sup>.* Qua ductus reverentia Philoct. Neoptolemum Ph. 260. sic alloquitur: *ὦ τέκνον οὐ**

<sup>18)</sup> Non secus Latini soluta etiam orationis scriptores patris voce adiecta generis nobilitatem significant. Cf. *Caes.* b. g. VI, 18. *Cic.* de Rep. II, 2, 4. — <sup>19)</sup> Cf. *Wachsmuth.* de reb. antiqu. Graec. Vol. I. Add. 10. p. 809. De voce *παῖδες* in periphrasi adhibita addo *Eur.* *Hec.* 646. 930. *Herm.* Antiqu. Graec. I. §. 6. 7. *Jacob.* Qu. *Lucian.* p. 13. — <sup>20)</sup> De hac opinione cf. *Valek.* Diatr. p. 148. 168. *Eur.* Archel. fr. 6: *Ἐν τοῖς τέκνοις γὰρ ἀρετὴ τῶν εὐγενῶν. Antig.* fr. 8: *Φιλέτι γὰρ οὗτος ἐκ κακῶν εἴναι κακός*. *Andr.* 621 sqq. S. Ant. 471. *Wagn.* ad *Eur.* *Alemae.* fr. 10. Inde eluet quid chorus significet Ph. 719. Cf. Ai. 1095. Quamquam hanc legem non ubique valere intelligebant. Cf. *Eur.* El. 369 sqq. Non pro circuitu igitur loquendi, superlativi scilicet loco eleganter adhibito, hae habendae sunt locutiones: *Ar.* *Ran.* 731: *τοῖς πονηροῖς κακοῖς πονηρούς*. Cf. S. El. 589: *τοὺς μὲν πρόσθετον εὐστέφεις κακοὺς εὐσέβων βλαστόντας*. Ph. 384: *πρὸς τοῦ κακότον κακὸν κακόν*. Fr. Alet. 9, 1: *τοὺς μὲν δυστέφεις κακῶν τὸ πλαστόντας, et v. 3: τοὺς δὲ οὗτος ἑσθλούς ἐκ τε γεννετῶν ἄπει γεννώτας*: quae Euripidis potius esse videntur quam Sophoclis; *Theocr.* 25, 38: *οὐ κακός οὐδὲ κακόν*. Quem ad modum igitur convicia acerbitas *Eur.* *Andr.* 590: *οὐ κάκιστος κακόν κακῶν* augetur, fortunaeque diritatem *Oedipus* (O. R. 1396.) in eo sitam sentit, ut et ipse et parentes scelesti fuerint: quam ob rem *Phil.* Ph. 874: *ἄλλ' εὐγενής γὰρ η̄ φύσις κακούς εὐγενῶν, οὐ τέκνον, η̄ σῆς de Neoptolemo dicat, perspicuum est; namque: οὐχὶ έστι τοῦδε παιδὶ καλλιορ γένες, η̄ πατρὸς ἑσθλοῦ καγαδοῦ περιφέρει (Eur. Heracl. 298 sq.) cf. E. Hec. 379 sqq. Addo Ai. 1304: *ἄριστος εἰς ἑσθλούς δυοῖν*, qua voce Teucer animi potissimum generositatem et fortitudinem a parentibus sese accepisse praeditat; cf. 1288 sq.: gravitas vero huius dicti facile dispicitur, cum Teucer sui generis nobilitatem infamiae Atrei, Aëropes, Agamemnonis opponat: consulto igitur additum δυοῖν. Consulto etiam Tr. 301: *ἔτενθέσων, non ἔτενθέσαι* scriptum, ut captivarum fortuna tristior appareat, quae liberis viris ortae dignae sint libertate. Cf. *Ant.* 38: *εἰτὲ εὐγενῆς πειρυκας, εἰτὲ ἑσθλῶν κακοὶ, ubi ἑσθλῶν propterea addit Antigona,**

*παῖ πατρὸς ἐξ Ἀχιλλέως*: cum animi enim delectatione Achillis meminit, patris Neoptolemi, quem utpote patre sibi carissimo genitum summo amore amplectitur. Item cum Agamemnoni parentum scelera ignominiamque exprobaverit, Teucer suae nobilitatis conscius ait Ai. 1299 sq.: ὃς ἐν πατρὸς μὲν εἴμι Τελαμῶνος γεγάς, κ. τ. λ., quo loco vocis πατήρ̄ gravitas aperte eminet, si quidem cum eo contenderis v. 1289: οὐκ τῆς βαρβάρου μητρὸς γεγάς his enim Teucer Agamemnonis convicia respicit v. 1228 sq. E matre autem nescio qua ortum vocari ignominiosum erat. Cf. Ov. Met. 9, 23. Ad conciliandum porro iuvenis animum optime composita est astuti Ulixis oratio Ph. 3: ὁ κρατίστου πατρὸς Ἑλλήνων τοσφεὶς Ἀχιλλέως παι. Ad generis nobilitatem spectare videtur etiam Tr. 380: πατρὸς μὲν οὖσα γένεσιν Εὐρύτου, nisi narrantis diligentiae dare dicti copiam praestat. — Miseriarum vero, quae ingenitae quasi sint, tristem societatem apte senties expressam Ant. 380: ὁ δύστηρος καὶ δυστήρου πατρὸς Οἰδιπόδα. Cf. E. Hec. 172. Qua pietate autem liberos pater amplecti debeat, cum Medea significet E. Med. 344: οὔτειος δ' αὐτούς καὶ σύ τοι παῖδον πατήρ̄ πέργυνας: quae matris sint Antigona indicat Ant. 905: οὐ γάρ ποτ', οὐδέ ἀν εἰ τέκνων μήτηρ ἔψυν κ. τ. λ. i. e; neque si liberi mihi matri putrescerent mortui, leges violare auderem, quamvis *matris in liberos officiis* obstricta. Nec minorem poetae diligentiam produnt O. R. 1209: φίλη μέγας λαμήν αὐτὸς ἡροεσεν παιδὶ καὶ πατρὶ θελαμηπόλῳ πεσεῖν, quae interpretatus: αὐτὸς πατρὶ Neuius infregit vim sententiae; verum vidit Wund. — O. C. 946: οὐδέ ὅτι γάμοι ξυνόντες εἰρέθησαν ἀρόσιοι τέκνων cum matre initas filii nuptias dici arbitrati fere interpretes violenta uti videntur interpretatione parumque probabili. Quid? hoc si dicturus poeta erat, nonne praestabat τέκνῳ? cf. O. R. 1209. Multo est ad rem accommodatius de nuptiis cogitare, quae incestae sint liberis inde susceptis; qua quidem sententia nefarium Oedipi facinus, cuius conscientia ipsum longe maxime stimulet (cf. O. R. 1247 — 50.) acerbius patet castigari. — Denique O. R. 928: γυνὴ δὲ μήτηρ ἥδε τῶν κείνων τέκνων iampridem intellexit Musgr. schol. verbis admonitus, sapienti consilio dicti ambiguitatem a poeta quaesitam esse, ut auditores de vera Jocastae condicione ab invito choro moneantur, iidemque vana nuncii opinione, qui eam παντελῆ δάμαρτα v. 930. i. e. legitimam uxorem<sup>21)</sup> appellat, vehementius commoveantur.

Fuerunt etiam qui vocem χείρ̄, quae sententiis non sine vi additur, interdum redundare crederent; in eoque numero ipsum *Hermannum* esse, profecto est quod miremur: numerat enim (ad Ai. 27.) id vocabulum in iis, quae „nihil ad rem faciant“. Mitto autem eos locos, ubi manuum mentio ad sententiam necessaria apparet: de iis breviter exponam, quibus qui ieinunitate quadam orationis acquiescat, hanc vocem vix requisiverit. Ac primum quidem χείρ̄ cum iis verbis iungi solet, in quibus *agilitatis* notio inest; quo fit, ut eius, quae describatur, rei imago proponatur, quae velut in rem praesentem perducere nos videatur. Cf. Ai. 1404: κάπετον χεροὶ τεχίνατε. O. C. 717: ἀ δ' εὐήρετμος ἔκπαγκλ ἀλία χεροὶ παραπομένα πλάτα θρόσουει i. e: navis manuum agilitate praetervecta saltat<sup>22)</sup>. Aliis locis *auxilii* notionem facile agnoscas, velut Ai. 1384: μόνος παρέστης χερσὸν i. e: praesenti auxilio; eodemque referto O. C. 1103: αἴδε γὰρ χέρες Θροέως ἔσωσαν. — Nec raro χείρ̄ ad *pietatis officia* refertur. Cf. Tr. 1066: δός μοι χεροῦν οαῖν αὐτὸς ἐξ οἰκου λαβὼν εἰς χεῖρα τὴν τεκοῦσαν: quae sententia copia quadam pronunciata est, quoniam irati Herculis longe plurimi refert, ut ἐτήτυμον παῖδα πιονque sese filius praestet; nec fugit ea verborum vis *Ciceronem*, qui Tusc. II, 9, 20. prudenter verterit: huc arripe ad me manibus abstractam *piis*. Neque Ant. 43: εἰ τὸν νεκρὸν δὺν τῆδε κονφεῖς χερί satis videtur esse, de manuum omnino opera cogitare, cum et ut, parentum virtute in memoriam sorori reducta, in suas partes facilius eam ducat. De equis Rhes. 185: ἐξ ἀρθίσιων γὰρ ἀρθίσου. Cf. Heind. ad Plat. Phaedr. §. 54. — <sup>21)</sup> Cf. Schneidew. ad h. l. Ant. 1016. 1163. 1282., ubi vid. schol. — <sup>22)</sup> Non secutus sum Schneidewini interpretationem, quod dubito an *navis* (πλάτα) χεροὶ παραπιεσθαι apte dici queat.

pietati satisfacere et *plenum opus aleae* aggredi certum sit Antigone ad eamque societatem sororem invitet. Quae pietatis officiique significatio eluet etiam, nisi fallor, Ai. 1047: τὸν νεκρὸν χεροῦν μὴ συγκομίζειν et El. 326: ἐντάφια χεροῦν φέρονταν, οὐα τοῖς κάτω νομίζεται, ut idem fere sit χεροῦν quod ἐν φλασι χεροῖν El. 1139. Cf. Eur. Tro. 390. Suppl. 1134. — Porro *vigorem potentiamque* illa voce expressam videmus Ai. 130: χειρὶ βοήθεις. Cf. El. 1090. Ib. 998: οὐδένεις δὲ ἔλασσον τῶν ἐνεπτύνων χεροῦ. Tr. 488: καὶ σῆ μάλιστα χειρὶ (ἔδοξεν). Ib. 265: λέγων, χεροῦν μὲν ὡς ἀφυπτέ ἔχων βέλη, τῶν ὧν τέκνων λεπτότο πόδες τόξου κρίστην haud scio an cum ironia quadam manus Herculeae robore quidem, non dexteritate valentes significantur: quae sententia probatur aliquantum iis, quae adduntur: πόδες τόξου κρίστην. Ai. 1069. ubi Menelaus: ἄρξομεν, inquit, χεροῦν παρενθύνοντες, i. e.: imperio atque vi coercentes. Denique cf. Ph. 1253: ἀλλ' οὐδέ τοι σῆ χειρὶ πελθομαὶ τὸ δρᾶν, quo dicto Ulixem carpi, ut pote *lingua*, non *factis* promptum (cf. Ov. Met. 13, 10 sqq.) acute Schneidew. annotavit. — Inde via facile aperitur ad significationem *superbae dominationis ac facinoris violenti*. Cuius usus exempla haud paucia reperiuntur, ut Tr. 898: καὶ ταῦτ' ἔτλη τις χειρὶ γυναικείᾳ κτίσαι, quo loco „μεγάλου τολμήματος“ notio augetur etiam verbo κτίσαι. Cf. O. C. 715., ubi eodem verbo facti auctoritas ac splendor exprimitur. Deinde cf. El. 1196: καὶ χεροὶ καὶ λύμασι καὶ πάσιν κακοῖς. Ib. 601: χείρα σὴν μόλις φυγάν. Ib. 207: θανάτους αἰλεῖς διδύματα χειροῦν (Mörderhand). Ant. 14: θανόντων διπλῆ χερὶ i. e.: mutua caede<sup>23</sup>). Ai. 27: κατηγα-ρισμένας ἐν χειρὸς αὐτοῖς ποιητῶν ἐπιοτάταις i. e. non casu bestiarumve impetu, sed violenta manu prostratas; cf. v. 219: χειρὶ δάκτυτα οφάγα, et v. 230: παραπλήκτῳ χερὶ συγκατα-πτάς. Eodem pertinet v. 374: δέ χερὶ μὲν μεθῆται τοὺς ἀλάστορας κ. τ. λ., quam sententiam eleganter illustravit Schneidew. Porro cf. O. R. 140: ὅστις γὰρ ἦν ἐκεῖνον ὁ κτανόν, τάχ-ἀν καὶ ἀν τοιαύτῃ χειρὶ τιμωρεῖν θέλοι i. e.: eadem scelestā, violenta manu. Contra ib. 107: τοὺς αὐτοέντας χειρὶ τιμωρεῖν ταῦς significatur manus *ultrix*, quae ulciscatur αὐτοέντας sive αὐτόχειρας (v. 231.); eadem vindictae notio cernit Tr. 1133: χρῆν οφ' εἰς ἐμῆς θανεῖν χερός. Ph. 324: θυμὸν χειρὶ πληρῶσαι. El. 37: χειρὸς ἐνδίκους οφεγάς. Ai. 409: χειρὶ φο-νεύοι, eum scilicet, qui ipse χειρὶ ἐχρήσατο (v. 115.). Nec temere prudens poeta scripsit O. R. 811: σκόπτοφ τυπεῖς ἐν τῆσδε χειρὸς ὑπτιος — ἐκκυλίνεται: non sine anxia enim solli- citudine suam ipse manum Oedipus spectat, prope auguratus, *impiam* esse eam, sibique ipsi derotam; cf. v. 820. Neque languide additum χεροῦn Herm. dicere debebat Ant. 56 sq.: αὐτοκτονοῦτε τῷ ταλαιπώδῳ μόρον κοινῷ κατειργάσαστ' ἐπ' ἀλλήλοιν χεροῦν, cui loco etiam Winckelm. I. c. p. 20. vim nuper adhibuit: χεροῦν autem patet esse i. q. insolenti manu<sup>24</sup>). — Addo O. C. 703: τὸ μὲν γεραιός τις οὐτ' ἐν ἥβᾳ συνναίνων ἀλώσει χερὶ πέρσας i. e.: quam oleam neque senex neque iuvenis extirpabit *violentia manu* detruncatas<sup>25</sup>). — Tr.

<sup>23</sup>) Minus recte opinor Schneidew. auctore fortasse Winckelmanno (Beiträge z. Krit. u. Erkl. d. Ant. Salzw. 1852. p. 35.) v. 13: δυοῖν — δύο consociatis illam fati tristitiam putat significari, qua, gente extincta, soleae sorores vita superent; immo indicare iis videtur Ismena, fratribus duorum necem sorori sibique esse calamitatem communem. — <sup>24</sup>) Quibus praeterea argumentis Herm. convincere studet, h. locum mendi aliquid contraxisse, eadem sunt infirmiora: quod non accommodatam enim rei locutionem dicit: εἰς ἀλλήλοιν μορον κατειργάσαστο, de ea re apte respondere Wund. ed. II. et Schneidew. ed. II. Soni vero similitudo (εἰς ἀλλήλοιν χεροῖν), quae coniungi ea postulet, tantum abest ut displiceat, ut poetæ artem ea prodat orationis animis sententisque convenienter conformandæ. Forma enim orationis insolentior facinoris describit insolentiam. Omnis autem si qua est soni molestia facile tollitur reique atrocitas imprimis eluet, si in recitando post ἀλλήλοιν spiritus aliquantum suspenditur. Non dubium est enim quin voc. χεροῖν in extremo versu propterea collocatum sit, ut magis exstet atque emineat, summaque cum gravitate sententia absolvatur. Accedit quod illius similitudinis haud pauca afferre licet exempla, quae litteratissimi viri memoriam vix fugere poterant, ut Hom. Il. 24, 670: σχήσω γὰρ τόσσον πό-λεων χεροῖν οστον ἄραγας. Eur. Dict. fr. 10: ὁ δὲ οὐδεῖς καὶ ἀμείνονος πατέρος Σηρός περνεῖ, quae A. Nauck. Phil. IV. p. 545. non idoneis lacesivit rationibus. Rhes. 168: οὐχ οὐδὲ εμανούν πειρόνων γαμεῖν θέλω. El. 1291: θέμις οὐ μεταρρίτι τοῖσδε σφεγγόις. Cf. Frotsch. ad Xen. Hier. 1, 10. Halm. ad Cic. p. Sulla §. 1, p. 51. Reisig. schol. de gramm. Lat. §. 342. — <sup>25</sup>) Scripsi quod Sophoclem scripsisse arbitror. Γῆραι σημαίνων enim quo modo senex *imperator* verti apteque possit omnino explicari, non assequor; neque qui libris traditur verborum ordo

603. vero: δώρημα — τῆς ἐμῆς χερὸς tecte Deianira meminit machinationis suae, τῶν φίλων καὶ θέλητρων v. 534. — Restat iam, ut eos locos suppeditem, ubi *virtutes laudesque vocabulo χερός continentur*. Huc pertinet Tr. 1102: κοῦδεις τρόπαι' ἔστησε τῶν ἐμῶν χερῶν, quibus manus significari laude ornatas, Cicero quoque vidit, qui Tusc. II, 9, 22. exquisitus vertit: Nec quisquam a nostris spolia cepit laudibus i. e: meis laudibus superior discessit ex iisque superatis quasi triumphavit. Wunderi illius loci interpretatione nihil ieiunius. Deinde v. Tr. 488: ὡς τᾶλλ' ἐκεῖνος πάντ' ἀμυτεύων χεροῖν. El. 476: Δύκα δύσια φερομένα (secum ferens) χεροῖν (victrii manu, ὑπερτέρων v. 455.) ποάτη<sup>26)</sup>. Ai. 310. denique zόμην ἀποῖς ὄντει σύλλαβθων χερί, cuius loci peculiaris est ratio, non redundare χερί, vix opus est latius exponere. Cf. Reis. Comm. crit. in O. C. 517. p. 266. Haas. ad Xen. de rep. Lac. II, 12. Lob. ad Ai. p. 222., qui quod Eur. Hec. 526. „luculentissimum perissologias specimen“ vocat, summo iure facit. Modestius Eur. El. 696: πρόχειρον ἔγχος χειρὶ βαστάζουσαν εὐη̄, cui redundantiae simile exemplum praebet Soph. Ph. 747: πρόχειρον εἴ τι οοι πάρα ξύφος χεροῖν. Sed similitudo non est nisi verborum: apud Soph. enim afflictatio ex pede vehementius laborantis atque trepidatio illa verborum copia non inepte videtur quasi depingi. Ceterum in vocabulo πρόχειρος translationis nota manusque notio usu propemodum oblitterata est. — Unum his addo, haud aliter πνοή Ant. 200. verbo comburendi adiectum incensionis significare violentiam; cf. Aesch. Prom. 581.

A manibus ad *pedes* descendimus, qui rarius accidit ut in oratione redundare putarentur. Neuius quidem El. 456: ἐχθροῖσιν αὐτοῦ ζῶντ' ἐπεμβῆναι ποδὶ hoc prope inutile iudicat additamentum: sed meliora docet cum Ellendt. s. v. tum Schneidew. Atque Ph. 91: ἐξ ἐνὸς ποδός claudicantem despici Philoctetam scholiastae sine ulla dubitatione Ellendt. credere debebat. Iam vero Schneidew. O. C. 113: καὶ οὐ μὲν ἐξ ὁδοῦ πόδα πρύψον κατ' ἄλσος inepte πόδα redundare censem, si quidem eam locutionem figura illa, quam καθ' ὅλον καὶ μέρος vocant, explicandam statueris: quod dubito an recte faciat vir doctissimus: *caecitate* enim sua trepidus senex fingitur, ad eamque, nisi fallor, infirmitatem τυφλοῦ ποδός adiuvat illud animo quasi infigendam. Neque πέρα, quod ipse proposuit, opus videtur: recessum enim nemoris se petere, verbo πρύψον Oedipus satis declarare putandus est.

In eodem genere numerandi ii loci sunt, quibus *cernendi* verbis addita legimus vocabula ὁρθαλμοῖς, ὄμμασιν, alia. Quas locutiones qui pleonasmī nomine notant, auctorem quasi ac ducem istis colere licet Quintilianum VIII, 3, 53: „Est autem pleonasmus vitium, cum supervacuis verbis oratio oneratur: *ego oculis meis vidi*: sat est enim *vidi*“. Cautius tamen idem IX, 3, 46. de eadem re: „Verum id, inquit, ut alio quoque loco dixi, cum supervacua oneratur adiectione, vitium est; cum *auget* manifestam sententiam, *virtus*. *Vidi ipse ante oculos totidem sunt affectus*.“ Non opus est de iis locis disputare, ubi substantivum definitur adiectivo, ut O. R. 1371: ὄμμασιν ποίοις — προσεῖδον. Ib. 1385: ὁρθοῖς ὄμμασιν. (Cf. Eur. Iph. A. 851. Hec. 972.) O. C. 244. Ai. 84. O. R. 1377. Non minus Tr. 746: αὐτὸς βαρεῖαν ἔντυπον ἐν ὄμμασιν πατόδος δεδοοκὼς κοῦ κατὰ γλῶσσαν κλίνων ubertatis ratio perspicitur ex iis quae opposita sunt. Neque, adiectivis non appositis, inanem statuere licet

recte sese videtur habere. Xerxes enim si vere significatur *iuvensis*, senex Archidamus, verba οὐκ ἀλισσει χερὶ πέρσας, quibus *deletae funditus* indicantur oleae, ita collocanda videntur, ut cum nomine eius, qui vere deleverit, proprius conscientur, non cum eo, qui violare illas ne ausus quidem fuerit. De omissa in priore membro negatione, quam nostri quoque poetae haud raro omittunt, ut Walther. a Vogelte. p. 16, 21. ed. Lachm: dā er pfant noch bürgen hāt. 13, 9: dem sint die engel noch die fröwen holt. 30, 7: daz er sich noch got erkennet: vide si tanti est Aesch. Ag. 510: Πάρος γάρ οὐτε πεζός. Blomf. et Wellau. ad Aesch. l. c. Buttm. ad S. Ph. 771. Elmst. ad O. R. 817. Lob. ad Ai. 244. Dissen. ad Pind. Pyth. VI, 48. Doederl. de brachyl. p. 5 sq. Eust. p. 1694, 7. Matth. Gr. §. 609. p. 1448. De coniunctis autem συνταῖσιν οὐ βέβαιον cf. O. R. 1205: τις ἐν πόνοις ξύνοιχος. Ib. 1112: ἐν τε γάρ μακρῷ γησαι ξύνεται. O. C. 1134: φέτις οὐκ ἐντικῆλις κακῶν ξύνοιχος. Ai. 267: οὐ ποιοῦσι ξύνεται. De translatione denique addo Eur. fr. Erechth. 3, 3: πολὺ γῆρας σύνοιχοι ην. —<sup>26)</sup> Possunt etiam χεροῖν κρατην coniungi.

redundantiam, si quis meminerit quae *Lobeck*: Paral. p. 531. vere pronuaciavit: cf. Tr. 999. Ai. 993. Ant. 764: σύ τ' οὐδαμά τούμὸν προσόψει κρᾶτ' ἐν ὁφθαλμοῖς δρῶν, quod copiose dictum luculentum est exacerbati animi documentum: cf. v. 760. Quam prudenter omnino sapiens poeta orationem ad personae animum accommodet, cognoscet, ut hoc addam, si quis Creontis vehementius perturbati verba Ant. 307: εἰ μὴ τὸν αὐτόχειρα τοῦδε τοῦ τάφου εὑρόντες ἐκφρανεῖται ἐξ ὁφθαλμοὺς ἐμοὺς κ. τ. λ. cum iis contenderit, quae regiae potestatis conscius cum despicientiae specie idem discedens tanquam iacit v. 325: εἰ δὲ ταῦτα μὴ φανεῖται μοι τοὺς δρῶντας κ. τ. λ.; in his enim simplici utitur verbo, omissa voce ὁφθαλμός, patrantesque appellat universe.

Transeo ad *participia λαβών*, ἔλων, ἔχων, ἄγων, μολών, λόν, παρών, quae sententiis „φράσεως ἔνεσα addi atque ita, ut tum inter se permutari tum plane omitti possint“, statuit *Lobeck*. ad Ai. 57. Cf. *Valck*. ad E. Phoen. 481. *Neu*. ad Ai. 1299. *Schaefer*. ad O. C. 475. Quibus consideratus de ea re iudicat *Schneidew*. ad Ai. 304. et O. C. 475. Neque dubito equidem sententiae Hermanni (ad O. R. 757.) subscribere, qui in *Schaefer*. invectus: „eadem inquit incogitania quae ellipses, ubi nullae sunt, etiam pleonasmos invenit.“ — Saepenumero enim λαβών nihil significat nisi ἄμα, ut Ai. 1115. Tr. 259. O. C. 1009; eademque est vis participii ἔχων Ph. 381; iungenda enim sunt ταῦτα i. e. ὅπλα ἔχων. Cf. *Schaefer*. ad E. Phoen. 782. Aliis locis efficiunt ea participia, ut „res qualisunque manifestius narretur“, et nativa quadam simplicitate ac diligentia describatur. Cf. *Ellendt*. I. p. 509. El. 420. O. C. 475: οὐδὲ νεοπόνω μαλλῷ λαβών: vid. El. 47: ἀγγέλλε δὲ δρόκῳ προστιθείς, cuius loci vim *Schneidew*. prudenter enucleavit. Plura eiusdem ubertatis exempla collegit *Wex*. ad Ant. 24. Item narrandi simplicitati aptum est ἄγων O. C. 1342: ωστὲ ἐν δόμουσι τοῖσι οοῖς οτίοις ὁ ἄγων. Cf. *Ellendt*. I. p. 13; et ἴών Ai. 304: ὁσην κατ' αὐτῶν ὑβριν ἐκτίσαται λόν, quo ad ditamento fatalem Aiacis ἔξοδον tangi viderunt *Ellendt*. I. p. 509. et *Schneidew*. — Alii loci ita comparati sunt, ut ad sententiam participia illa adeo necessaria appareant aut ad gravitatem eius non minimum conferant. Cf. Ph. 330: ἄγωγ' ὑπ' αὐτῶν ἐξελωβήθην μολών, i. e. simul ac Troiam adveni. Ib. 902. 353. Omnino facit μολών ut hominis praesentis aut agendo intenti imagine res illustretur: verba sunt *Ellendt* II. p. 134. Cf. Ant. 1208: καὶ δεοπότη Κρέοντι ομμανεῖ μολών. Ai. 854: ὁ Θάνατε νῦν μὲν ἐπίσκεψατ μολών: priore enim loco nuncii voluntati ac celeritati, altero flagranti mortis desiderio exprimendo participium convenit. Acerbitatis vim auget partic. ἴών O. C. 1293: ταῦτ' ἀκούσας οτεῦχε καξάγγελλ' λόν, et Ant. 768: δράτω, φρονεῖτω μεῖζον η̄ κατ' ἄνδρ' ἄνων: quo quidem loco Ellendtio non inepte „Haemonis abeuntis pervicacia“ significari videtur. Sentimus autem in eodem prtcp. *incurrediae* vim expressam, quae subiecta esse solet huius verbi imperativo; cf. Eur Or. 793. Med. 699. H. fur. 726. Suppl. 1025. 248. — De participio ἔχων Ant. 635: καὶ σύ μοι γνώμας ἔχων χρηστὰς ἀποφθοῖς, αἱς ἔγωγ' ἐφέψουσα cum schol. inepte dicat: παρέκκει τὸ ἔχων, v. *Brunck*. et *Schneidew*. Incaute vero *Wund*. Ai. 57: καδόκει μὲν ἔοδ' ὅπε διοσοὺς Ἀτρεΐδας αὐτόχειρα κτενεῖν ἔχων „potuit, inquit, hoc salvo sensu omitti“; immo occaecatae mentis furorem ac saevitiam, qua Aiax non sine delectatione supplicii sumendi inimicissimos infesta asperaque manū tractare atque vexare sibi videatur, poeta nobis haud dubie ante oculos ponere voluit. De O. R. 741. disputare non est huius loci. — Non casu porro factum duco ut participia λαβών et ἔλών, ubi redundare ea statuunt, verbo *necandi* addita in iisque omnino sententiis adhibita sint, quibus violentior saeviorque personae impetus describitur. Cf. Ant. 916: καὶ νῦν ἄγει με διὰ χερῶν οὐτω λαβών. El. 949: Ἀιδης λαβών ἀπεστέρηκε. Ph. 1282: ὅστις γέ μου δόλουσι τὸν βίον λαβών ἀπεστέρηκε, quocum loco contendere iuvat v. 945: ἀπεστέρηκε τὸν βίον τὰ τόξα ἔλον, quae animi aperte sunt sedatoris. O. R. 641: η̄

κτεῖναι λαβόν i. e: ad supplicium rapere; 1391: τί μ' οὐ λαβὼν ἔκτεινας εὐθύς; cf. Eur. Or. 1229: οὗ θέλω δάμαρθ' ἐλὸν κτεῖναι. Ant. 497: θέλεις τι μεῖζον ἢ κατακτεῖναι μ' ἥδον; quibus haud scio an recte Schneidew. statuat cum acerbitate virginem convictam (cf. v. 385. 406. 495. 655.) sese dicere, ratione habita eorum, quae Creon modo dixerit. Quae quidem vis deprehendendi in peccato in verbo λαβόν inest: Ant. 398: καὶ νῦν, ἄναξ, τήρος αὐτὸς ὡς θέλεις λαβὼν καὶ κρῖνε πάξελεγχε. O. R. 607: ἐάν με τῷ τερασοπόῳ λάβῃς κοινῇ τι βουλεύσαντα, μή μ' ἀπλῆ κτάνης ψήφῳ, διπλῆ δὲ.. λαβόν: quae sententiae forma quam insigne sit indignabundi animi documentum neminem opinor fugiet; praeterea de hac verbi significazione cf. O. R. 266. 605. Tr. 808. Ph. 908. — Pleonasmum vero participii Ellendt. deprehendere sibi videtur O. C. 806: τὸν δ' ἀπάξιομαι λαβόν: dubito an recte; Creon enim senem *vi manuque illata* secum se esse abductum affirmat; cf. v. 874: ἀλλ' ἄξω βίᾳ. 1009: αὐτὸν τ' ἐχειροῦ τὰς κόρας τ' οἴχει λαβόν. — Neque *vi* sua caret, quod Philoct. dicit Ph. 945: ὡς ἀνδρὸς ἐλῶν ἰσχυρὸν εἰς βίας μὲν ἀγετ: acerbitas enim dicti cernitur in ὡς ἐλῶν ἰσχυρὸν copulatis; cf. 947: οὐ γὰρ ἀν σθένοντά γε εἶλέν με. — Ai. 1098. denique: ἢ οὐ φῆς ἀγετ τὸν ἀνδρὸς Ἀχαιοῖς δεῦρο σύμμαχον λαβόν non dubium est, quin Aiacem Teucer neget tanquam Menelai imperio subiectum *invitumque per vim* Troiam esse adductum; quod patet ex iis, quae idem addit: οὐκ αὐτὸς ἔξεπλευσεν, ὡς αὐτοῦ κρατῶν; — De voce *παρών* apposita digna imprimis est quae legatur Wunderi annot. ad Tr. 418. et Ant. 1171. Addere tamen idem debebat, παρών haud raro eum significare, qui ad auxilium promptus sit, ut Ph. 373. 1405. Ai. 1156: τοιαῦτ' ἀνολθον ἀνδρὸς ἐνουθέτει παρών, ubi *providentiae* vis non minus manifesta est, quam Eur. Or. 298: ὅταν δὲ οὐ στένης, ἴμας παρόντας κρή σε νοιθετεῖν φίλα. Contra Ai. 1384: μόνος παρέστης χρεούν, οὐδὲ ἔτλης παρών θανόντι τῷδε ζῶν ἐφυβρίσαι nihil est παρών nisi: *coram*. Unde lux affertur Teucri verbis Ai. 1131: εἰ τοὺς θανόντας οὐκ ἔξει θάπτειν παρών: sepulturam enim Menelaus *coram* i. e. *praesenti ac violenta intercessione* dicitur prohibere. Hermanni interpretationi conveniret magis μολών, vi sua infirmius. Restat iam quod chorus Ai 338. dicit: ἢ τοῖς πάλαι νοσήμασι ξυνοῦντι λυπεῖσθαι παρών, quibus Aiacem significat aegritudinis, qua laboraverit, miseriam *defixis* iam *oculis contemplantem*. — Ut commercium hominum interius rerumque communitas verbis augatur, partic. ξυνών efficitur adiecto. Cf. Phil. 74. Ai. 855. O. C. 1149: ἀ γ' εἴσει καντός ἐν ταύταις ξυνών i. e: quod ex iis *coram* cognoscet. Fatale vero illud Oedipi cum liberis commercium praecclare exprimitur O. R. 457. Nec magis redundant Ai. 267: κοινὸς ἐν κοινοῖς λυπεῖσθαι ξυνών, quam O. C. 1134: φ' τις οὐκ ἐν κηλίς κακῶν ξύνοιτο. — Participii denique γεγώς, quod supra p. 5. iam leviter tetigi, duo apud Soph. leguntur exempla, eadem illa omni pleonasmo vacua. Alterum est autem Tr. 1064: ὁ παῖ γενοῦ μοι παῖς ἐπήτυμος γεγώς<sup>27)</sup>, cuius loci vim planam fecit Schneidew.; alterum Ai. 1299: ὃς ἐν πατρός μὲν εἴμι Τελαμῶνος γεγώς, quod Neuius in pleonasmos temere refert; *genuinum* enim sese patris filium esse ut affirmet, Teucri imprimis interest. Cf. Ph. 3: ὁ κρατίστον πατρός Ἑλλήνων τραφεὶς Ἀχιλλέως παῖ. Tr. 380: πατρὸς μὲν οὖσα γένεσιν Εὔρυτον.

Denique *praepositiones* cum copia quadam orationis saepe ponuntur, sine gravitate numquam. Pleonasmum quidem *praepositionis ἀντὶ τὴν* cum comparativis iunctae statuit Pflugk. ad E. Heracl. 58. At vero *principalitus iniusti* notio eo usu exprimi solet. Cf. Ant. 182: μεῖζον ὅστις ἀντὶ τῆς αὐτοῦ πάτρας φίλον νομίζει, quibus Creon significat non solum, qui

<sup>27)</sup> Non licet huius loci auxilio librorum scripturam tueri, a nullo dum tentatam quidem, sed depravatam eam sine dubio Eur. Heracl. 229: γενοῦ δὲ τοῖσδε συγγενῆς, γενοῦ φίλος κ. τ. λ. Non potest enim Demophon implorari, ut συγγενῆς fiat, qui Heraclidis ipse existat συγγενῆς. Cf. v. 224. Quapropter emendavi: γεγώς δὲ τοῖσδε κ. τ. λ. Ne mireris autem participium initio versus collocatum, quod sententiae addi soleat extremae, vide Med. 405; cf. Bacch. 47. 1347. Heracl. 326. fr. Meleag. 22, 3.

patria pluris faciat amicum, eum sese nihil pendere: sed eum, qui patriam, quam amico *debeat anteponere*, ei postponat. Item Tr. 577: ὥστε μήτιν εἰςιδὼν οτέοξει γυναικα κεῖνος ἀντὶ σοῦ πλέον Nessus Herculem dicit virginem nullam maiore amplexurum esse amore, cum unam debeat amare Deianiram. Alia eius generis exempla suppeditat *Wex.* Syll. ann. in Ant. p. 108. Eodem pertinet O. C. 418: πάρος τούμον πόθου προσθετο τὴν τυραννίδα. Cf. Eur. Hipp. 381: ἡδονὴν προθέντες ἀντὶ τοῦ παλοῦ. Nec diversa est ratio vocis ἄλλος cum praep. ἀντὶ consociatae, ut Ai. 439. Tr. 1226. El. 583. cf. Ph. 369. *Wund.* ad O. C. 484. Pleonasmō propius est dictum Euripidis Suppl. 419: ὁ γὰρ χρόνος μάθησα ἀντὶ τοῦ τάχονς πολέοσσα δίδωσι. — De praep. πατά eorum monere satis habeo, quae *Herm.* ad Tr. 102. et *Schneidew.* ad O. R. 1087. exposuerunt. Is enim primus huius loci sententiam dispexit, quo loco πατά non amplificandi vim habet, sed imminuendi. — De praepositionibus ἐν, ἀπό, ἐν ita nonnumquam positis, ut redundare videantur (cf. *Elmsl.* ad O. C. 620.), dignissima est quae legatur disputatio *Wunderi* ad Ph. 60. Quo fusius ac more suo prope confusius disseruit *Apitz.* ad Tr. 230. Manifestum inde est, quid sit Ai. 488: οὐθένοντος ἐν πλούτῳ, i. e.: pollutis opum possessione et copia. Tiresiae autem verba Ant. 1003: οπῶντας ἐν χρημάτοιν prudenter illustravit *Wexius*. Addo El. 1138: ἐν φύλαιοις χρονί... λοντροῖς ἐκόμησα i. e.: pia manuum cura. Ib. 1141: ἐν ξέναισι χρονί κηδευθείς. Falluntur igitur, qui ἐν ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν (Tr. 241. 746. Ant. 764. *Monk.* ad Eur. Hipp. 1260.) nihil differre ab ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν dictitant. Idem potius est fere quod: τοῖς οἷσιν αὐτὸν ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν, sive: ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν παρόντα, quod emendando restitui Eur. Heracl. 884: ὡς νῦν ὀφθαλμοῖς ἰδοις παρόντα τῇ οῇ δεσποτούμενον χερί<sup>28)</sup>. Significat enim rem ita conspicere, ut eius imago conspectus definiti quasi terminis contineatur, rem praesentem coram cernere; qua propter non casu factum puto, ut in hoc genere voci ὀφθαλμός, utpote satis definitae, non apponere adiectivum consuissent. Aliter indicat *Naegelsb.* ad II. I. 587. — Porro O. R. 654. ἐν ὄρχῳ (ἐν ὧ ἔστι) μέγαν significat eum, qui iureiurando obstrictus teneatur. Idem inest in Ai. 1017: ἐν γήραι βαρύς. Similis est locutio O. R. 17: οἱ σὺν γήραι βαρεῖς, quam si quis verteret: „senectute graves“, debilitaret vim sententiae; intelligendi sunt enim senes senectute tanquam perpetuo *comite* graves. Cf. *Schneidew.* ad O. C. 7. Hom. Od. 7, 270. O. R. 303. El. 600. 610. Ant. 372. Ph. 520. O. C. 1244. Eur. fr. inc. 69, 3. Dem. Olynth. I. §. 14. Sed multi sunt poetae potissimum in hoc translationis genere. Illum vero praepositionis σύν usum *Wund.* ad O. R. 17. exemplis illustravit; quibus addo O. C. 817. 1663. Ant. 1266. O. R. 656: οὐν ἀγαρεῖ λόγῳ, ubi vide an chorus Creonte (v. 608.) certius affirmet, falsam esse regis opinionem. Ant. 172: αὐτόχειοι οὐν μάστι, qua voce mutua caede nefaria contaminatos atque imbutos fratres Creon dicit. Ib. 674: οὐν μάζῃ i. e.: aciei sese immiscens. Interest etiam aliquid, dicasne ἔρημος πρὸς φύλων Ant. 919. vel μοῖνος ἀπ' ἄλλων Ph. 183., an omissa praepositione solo utaris genitivo, uti Ant. 821. Tr. 277. Plenior enim orationis forma altera hominem significat ab aliis *destitutum, segregatum* altera. Recte igitur *Wunder.*, quam Suevernum secutus ed. II. de Ant. 821. proposuerat sententiam, ed. III. abiecit. Relevaturus enim Antigonam beatamque praedicatus dicere chorus non debet, *segregatam* ab omnibus ad inferos eam descensuram esse, quam fortunam illa vehementer ipsa abhorreat; cf. v. 806 sq. 876 sq.; immo eo aperte studet virginem recreare, quod singulari casu, quem nemo sit mortalium qui nanciscatur, eam e vita excessuram esse affirmat. — Non longe ab hoc usu distat Ai. 464: γυμνὸν φανέντα τῶν ἀριστεῶν ἄτερ: cf. II. 21, 50.

<sup>28)</sup> Cf. Ann. phil. et paed. Suppl. XVII. p. 297. Nuditur haec emendatio loco Sophocleo Ant. 761: ὡς κατ' ὄμματις αὐτίκα παροντι διῆσκη πλεοῖς τῷ νυμφῷ: quo duce potest etiam scribi: παροντα. Unum nunc addo, *Hermannum* olim, cum intereram semin. philol. Lips. sodalibus, nobis hanc commendasse emendationem: *χαλοντα*.

Nonn. Dion. V, 94: γνητὸς ἄτερ οὐκέων. XVII, 343: γνητὴ παλάμη οὐκέων δίχα. Ai. 750: οἶος Ἀτρειδῶν δίχα. Ph. 31: κενὴν οὐκέων ἀνθρώπων δίχα, quae pariter atque O. R. 58. et 1463. in epexegesis generibus aptius numerantur. Sine ordine ac ratione plura miscuit Pflugk. ad E. Andr. 18. — Denique O. C. 1534: ἀδῆν οὐαρτῶν ἢ π' ἀρδῶν legitur, cum his adiectivis solus genitivus apponi solet, ut O. C. 1519. 1521. El. 36. 1002. Sed „ubi distinete loqui volunt, addunt praepositionem“, inquit Herm. Tr. 102.

Non aliter statuendum est de praepositionibus, quae genitivis potissimum applicatae unde quid oriundum sit, accuratius declarant: conferunt igitur aliquid ad orationis perspicuitatem. Cf. O. R. 667: τὰ πρὸς σφῶν παῖς. 310: φάτιν ἀπὸ οὐκῶν Ai. 138: λόγος ἐκ Δαναῶν. Ant. 193. 202. O. C. 293. Tr. 631. Ph. 517. 560. 1088. De Ant. 1219: τάδ' εξ ἀθύμου δεσπότου κελεύομασιν ἡθροῦμεν recte opinor Wex. disputavit. — Sed nonnumquam solito maiorem vim eae locutiones habere et certo quodam consilio a poeta electae apparent; cf. Ph. 940: οὗ ἔργ' ὁ παῖς μ' ἔδοσεν οὐξ Ἀγαλλέως, ubi cum, quo viro ortus ille sit, distinctius Philoctetes dicat, haud scio an poeta significantem eum fecerit, cum origine filii non concinere eiusdem rationem. Certe id ipsum spectavit Soph., additaque voce πατήρ manifestum fecit Ph. 260. — Deinde El. 544: ἵ τῷ πανθεὶ πατῷ τῶν μὲν εἰς ἐμοῦ παύσων πόθος παρεῖτο non temere εἰς ἐμοῦ positum credo, cum v. 542: τῶν θυμῶν.. τέκνων Clyt. simplicius dicat. Accusat enim eo dicto Agamemnonis impietatem, qua liberos ab uxore sua *susceptos* i. e. non uxorius tantum, sed *suos ipsius* liberos prodiderit, eosque prodens etiam *uxoris* prae se tulerit negligentiam. — Porro El. 619: ἵ γὰρ ἐκ οὐκ δυζηνέαται matris odium infinitum nulla sua culpa creatum, sed naturae illius mentibusque nefariis inustum esse, Electra videtur significare. Cf. vv. 256. 261. 552 sq. 590. 609. — Eadem acerbitas cernitur in Antigonea voce Ant. 95: ἀλλ' εἴ με καὶ τὴν εἰς ἐμοῦ δυζηνέαται παθεῖν τὸ δεινὸν τοῦτο: quam cum non intelligeret Wexius pleonasmum praepositionis miratus est. Verum cum ironia Antigona verba respicit sororis, quae ipsius dementiam quasi *animo insitam* atque *innatam* castigaverat v. 90: ἀλλ' ἀνηγάνων ἔρας. Cf. v. 67 sq. 79. Simul ignaviam sororis impietatemque perstringens Antigona indicat, quae temeraria scilicet *sola* excogitaverit, eorum poemas libenter sese *solanum* esse subitaram. — Inde sententiae vis Ant. 1056: τὸ δὲ ἐκ τυράννων (*γένος*) αἰολοκέρδειαν φλεῖ elucet, quae aliquot interpretes fugit, velut Kayserum (Ann. phil. et paed. V. 79. p. 499.), cui Bischoppii conjectura τὸ δέ γε τυράννων non minime placet. Verum hoc est non sanare orationem, sed affligere. Etenim Tiresias αἰολοκέρδειαν istam vitium dicit non singulorum tantum tyrannorum, sed omnis eorum invisi generis proprium eique *penitus insitum*, *quod cum stirpe quasi propagetur*. Respondet igitur τὸ ἐκ τυρ. γένος ei, quod Creon cum despectu in vatem contumeliose dixerat: τὸ μαντικόν. Hoc vero Creonti voce τὸ τυραννικόν reddere, prohibet Tiresiam aliqua regiae dignitatis verecundia. — Cum acerbitate etiam Creon παύσων τῶν ἢ π' Οἰδίπου πέρι dicit, incestae originis infamiam haud dubie notaturus. — Ant. 2: τῶν ἢ π' Οἰδίπου κακῶν denique non redundantiae est exemplum, sed brevitatis.

Eodem perspicuitatis ac gravitatis studio verbis compositis applicantur aut *eadem*, quibuscum illa composita sunt, aut *similis significationis* praepositionis. Illius generis Sophoclea exempla haec sunt: Ai. 60. El. 610. 1243. O. R. 469. 1239. 1269. O. C. 18. 36. 115. 526. 1055. 1141. Ph. 577. 1056: εἰ πάρεστι μὲν παρός ἦμεν, quae cur mutaverit Wund., non assequor. Fr. Colch. 2, 10. Ad alterum genus pertinent: Ai. 194. 741. 788. 969. El. 231. 291. 835. O. R. 1113. 1126. 1206. Ant. 851. 1181. 1204. 1248. O. C. 156. 1134. 1268. 1339. Tr. 515. 1252. Ph. 194. 328. fr. inc. 768. Pleonasmo hanc dicendi copiam eximendam esse hodie omnes consentiunt. Cf. Weisk. de pleon. p. 8. et

p. 145. *Wund.* *Adv.* in *Phil.* p. 55 sq. *Jacob.* Q. *Luc.* p. 14. *Elnsl.* ad *Eur.* *Heracl.* 141. *Pflugk.* ad *Andr.* 69. 115. *Lob.* ad *Ai.* 741.

#### Cap. IV. De circumlocutionis generibus.

1. Quantumvis ne iusto plus sapiat vehementer ei verendum sit, si quis scrutandi quadam libidine ductus uno quoque loco causam dispicere sibi videatur, quae poetam ad circumlocutiones *verborum* impulerit: facile est tamen intellectu, locutiones illas copulatas natura sua simplicibus esse graviores, cum rei imaginem evidentiorem ac prope consummatam sub aspectum subiiciant; quamquam ea sentiri potius possunt quam *verborum* ieunitate explanari. Id vero manifestum est, hanc dicendi copiam orationi affectuum plenaee convenire; quocirca tragicci poetae ea solent delectari. De vi ac natura huius periphrasis *Dissenius* more suo subtiliter exposuit ad *Dem.* de *cor.* §. 72. p. 239. Alii ut *Matth.* Gr. §. 559. *Lob.* ad *Ai.* 588. nihil effecerunt nisi exemplorum congeriem. *Sophocleos* autem huius generis locos diligenter composuit *Ellendl.* L. S. v. v. *τιθεοθαι*, *φαίνεοθαι*, *εἶναι*, *γέγνεοθαι*, *φύω*. Itaque, universa huius usus ratione exposita, angustioribus finibus hanc disputationem continebo.

*Φαίνεοθαι* verbum ad circumlocutionem adhibitum absolutum rei statum verumque eventum significare constat. Cf. *Phil.* 1335: *πόνι ἀν.. τὰ πέργαμα ξὺν τοῖς τόξοις ξύν τ' ἐμοὶ πέρσας φανῆς*, quibus eversionis absolutae fama leviter praedicatur. Veri igitur sensu ductus *Reisig.* ad *O. C.* 504. p. LXXXIV. *φανεῖς* (Tr. 1.) adiectivo *φανερός* reddit; cf. *Tr.* 433. *Ant.* 532. Ineptum vero foret quod *Sintenis* *Philol.* II. p. 440. scribendum esse coniecit *Ai.* 496: *εἰ γάρ θάνης οὐ καὶ τελευτήσες φανῆς*. Aptius idem video mihi restituisse *Eur.* *Heracl.* 320: *ἔγώ δὲ καὶ ζῶν καὶ θανὼν ὅταν φανῶ*. — Dicto gravitatem item adiungit verbi *γέγνεοθαι* circumlocutio, de qua meminit *Wagn.* *Phryn.* fr. 14. Cf. *Ai.* 588: *μὴ προδοίς ιμᾶς γένη*, *Phil.* 773: *μὴ σαντόν θ' ὄμα κάμε.. κτείνας γένη*, quibus locis *criminis* illa *culpaeque* notam pariter prae se fert, atque *O. R.* 703: *φονέα μέ φησι λαίου καθεοτάναι*. *Phil.* 78. autem: *κλοπεὺς δπως γενήσει τῶν δπλων* idem est quod *κλέψας ἔξεις καὶ ἐγκρατής ἔσει*. Neque desideramus vim periphrasis propriam *O. C.* 582: *ὅταν θάρω γώ*, *καὶ οὐ μον ταφεὺς γένη*: fructum enim ait Oedipus ex sepulturae illius *laude meritisque* in *Theseum* esse redundaturum. Atque concitatum Oedipi accepto nuncio animum (*O. R.* 957: *ογμήνας γενοῦ*) minus profecto patesceret exilius illud *ογμήνον*. — Interest etiam aliquid, ponasne verbum an participium eiusdem cum verbo *εἶναι* consocies. Cf. *Pors.* *Add.* ad *Eur.* *Hec.* p. 103. *Herm.* ad *S. Ph.* 1219. *Jacob.* *Qu.* *Luc.* p. 12. Copulata enim hac locutione verbi vis aliquantum solet augeri, et quod pronunciatur tanquam certissimum affirmari, id quod ex oratione Agamemnonis vehementius irritati elucet: *Ai.* 1320. 24. 30. Sed plura eius generis exempla copiosius persequi non opus est. De verbis *τιθέναι*, *έστιναι*, *ἔχειν* in periphrasi exposuit *Dissen.* ad *Dem.* de *Cor.* §. 99. p. 264; cuius usus multa *Soph.* fabulae exempla suppeditant. Conferre imprimis iuvat *Antigonae* dictum *Ant.* 8: *πανδήμῳ πόλει κήρυγμα θεῖναι* cum vv. 32. et 192: *κηρύξαντ' ἔχειν* et v. 34: *σαφῆ προκηρύξαντα*: appetit enim et promulgatum publice et *ratum* principis ab illa significari edictum. Praeterea v. *O. C.* 542. 1139. *O. R.* 134. *Ant.* 150. *Ai.* 13. *El.* 1334. *Tr.* 997. 1265; eademque dicendi forma iam poetarum parens ille usus est *Od.* 1, 116. Gravitatis igitur vigorisque cuiusdam causa cum poetae locutiones illas usurpare soleant, necessitate interdum coacti easdem arcessunt, ut *O. C.* 466: *θοῦ νῦν καθαρὸν τῶνδε δαιμόνον*. — Maxime porro usitatum est in hoc genere verbum *ἔχειν*. Cf. *Ai.* 564: *δυξμενῶν θήρων ἔχων*. *Addo* *Ai.* 881. 1080. *Ph.* 213. *Ai.* 321. 181. 540. 1076. 1269. *El.* 523. 897. *O. R.* 566. *Ant.* 1273. Una modo dictio, ab aliis quoque scriptoribus satis frequentata (cf. *Dem.* *Phil.* I, p. 12. III. p. 114. *B.* *Bergl.* ad *Ar.* *Eccl.* 355. *Pflugk.* ad *E. Med.* 33. *Valck.* ad *Phoen.* 712. *Bernh. S.* p. 476. *Krueger.* *Lat. Gr.* §. 715. p. 970.) propterea digna mentione videtur,

quoniam Sophocles praeter ceteros ea delectari fertur. Solent enim verbum ἔχειν ita cum participiis aliorum verborum iungere, ut actionem significant antea inceptam manere: quem ne licet quidem dicere circuitum verborum. Ac recte schol. Ant. 32: κηρύξαντ' ἔχειν interpretatur: οὐκηρύζειν. Cf. El. 590: ἐκβαλοῦσ' ἔχεις. Ant. 22. 77. 180. 192. Ai. 676. Phil. 1234. 1362. O. R. 577. 699. 731. O. C. 817. 1140. 1474. Tr. 37. 403. Capt. fr. 1. Pel. 4. 2. Semel, ut hoc addam, in cantico reperitur (Ant. 794.); perfecti autem participio ἔχων bis appositum: O. R. 701. Ph. 600. — His addendum videtur dicendi genus figuratum, quo verba ἔργεσθαι, ἵέναι, ἀγειν, γέγνεσθαι, ἔχειν cum praepositione διά coniuncta eloquendi circuitum efficiunt. Cuius usus, ne deserta castra expugnare videar, nihil aliud nisi exempla Sophoclea adscribam: Ant. 742: διὰ δίκης ἵών πατόι (cf. Thuc. VI, 60. IV, 92.). O. R. 773: διὰ τίχης τοιᾶςδ' ἵών. El. 1509: δὶς ἐλευθερίας ἐξῆλθες. O. C. 905: δὶς ὁρῆς ἥκον. Ph. 761: δυστηνε δῆτα διὰ πόνων πάντων φανεῖς. (Eur. Tro. 793.) Ph. 1463: δόξης ἐπιβάντες. O. C. 189: εὐσεβίας ἐπιβαίνοντες, cf. Herm. ad h. l. Doederl. Act. Monac. I. p. 38. Wund. ad Ph. 1435. Denique O. R. 81: ἐν τίχῃ.. βαίη. Cf. Erf. ad O. R. 562. Quod dicendi genus Latini quoque imitati sunt, ut Ov. Fast. I, 15: Annue conanti per laudes ire tuorum. II, 16: Per titulos ingredimurque tuos. Certatim de eo expuerunt Bergl. ad Ar. Ran. 1459. Valck. ad E. Phoen. 482. Monk. ad Hipp. 1159. Koern. et Pflugk. ad Andr. 175. Heracl. 625. Hec. 851. Klotz. ad Med. 872. Wuestem. ad Theocr. XIV, 27. Wex. ad Ant. Syll. p. 197. Krueg. ad Xen. An. III, 2, 8. Jacob. Qu. Luc. p. 13. Bernh. S. p. 235.

2. De circumlocutione nominum. — Cum Homerus ad heroum personas, et corporis et animi virtutibus insignes, periphrasi designandas vocabulis βίη, μένος aliis utatur, Aeschylus, cuius tragœdiae epico generi propiores sunt, heroicaque quasi indutae magnificientia, illius vestigia ita persequitur, ut isto eloquendi circuitu regiam potissimum describat dignitatem. Cf. Cho. 881: φύτατ' Αγύρθου βία. Sept. 429. 550. 601. 622. Congruunt omnino Aeschyleae nominum circumlocutiones personarum maiestati sublimique poetae cothurno. Ab Euripide vero ita eae captari fere solent, ut cum simplicis orationis habitu, tragica sublimitate prope exuto, tanquam prisci splendoris reliquiae illa verborum insignia haud raro discrepare videantur. Cf. Or. 107: τί δ' οὐχὶ θυγατρὸς Ερμιόνης πέμπεις δέμας; quamquam Schaefer. ad h. l., cum de usu vocis ποὺς (Or. 1215.) prudenter disputet, nimio quodam poetæ sui studio inductus festinantius: „si quis talia, inquit, pro meritis habet periphrasis, ignorat, quantum cothurnus distet a socco.“ Vim quandam in illa circumlocutione hoc quidem loco inesse, praeter Schaeferum vix quisquam adducetur. Alia inanis ornatus exempla vide Or. 1197: παρθένου δέμας. Iph. A. 936: τούμὸν δέμας. 417: σῆς Κλυταμνήστρας δέμας. Iph. T. 1440: ἀδελφῆς.. δέμας. El. 1336: νυμφεύου δέμας Ἡλέκτρας. Alc. 1133: φιλτάτης γνωστὸς δύμα καὶ δέμας. Rhes. 90: πυκάζου τεύχεσιν δέμας σέθεν. 969: μητρὸς δύψεται δέμας. (cf. Aesch. Eum. 87.) Neque usitato hoc periphrasis genere contentus, exquisitus circueundi formis delectari coepit, velut Πιπθέως γῆρας Hipp. 794; Καδμείαν μέριμναν Phoen. 1063; cuius vocis auctorem habuit Aeschylum Suppl. 56: Τηρεῖας μήτιδος. Rhes. 762: Ἐπτόρεια χείρ. 354: οὖν ἐφύτευσεν ἥβαν<sup>29)</sup>; unde Latini orationi sua ornatum petebant. Cf. Hor. Sat. II, 1, 72. Juv. IV, 81: Crispi iucunda senectus. Vechn. Hellen. II. c. 8. p. 516 sqq. Lambin. ad Hor. C. III, 5, 13. Heind. ad Sat. I, 2, 32. Meyer. l. c. p. 29 sq.

Sophocles vero cum ab inani verborum fuco abhorrere soleat, numquam, ab uno si discesseris loco, in hoc genere sese praebuit negligentiorem. Atque vocabulo δέμας, quod in periphrasi Homero non usurpatum, personæ solam dignitatem significare non satis caute affirmat Kuehn. Gr. Gr. II. p. 123., cum pro sua vi ad quamvis illius condicionem referatur

<sup>29)</sup> Schiller. noster in Sponsa Mess.: Zu dem hinaufgesandt hab' ich alsbald des raschen Boten jugendliche Kraft.

(cf. Bernh. S. p. 52.), Sophocles ad *fragilitatem* potissimum et *imbecillitatem* hominum describendam uti videtur. Itaque cum eo adiectiva saepe consociat, quibus ipsis miseriae notio continetur, velut ἄθλιον δέμας El. 756. O. C. 576. O. R. 1388. Tr. 1079; οἰκτρὸν δέμας El. 1161. Cf. El. 57: τούμὸν ὡς ἔρει δέμας φλογιστὸν ἥδη ποὶ πατηθρακωμένον. O. C. 501: οὐ γὰρ ἀν οθένοι τούμὸν δέμας ἔημον ἔρπειν, cf. v. 110: οἰκτείρατ' ἀνθρὸς Οἰδίπου τόδ' ἄθλιον εἴδωλον, ubi cum ἀνήρ pristinam virtutem gloriamque significet<sup>20)</sup>, εἴδωλον contrarium fere tristes eius reliquias exprimit. Porro v. O. C. 1550: νῦν δὲ ἔσχατὸν σου τούμὸν ἀπτεται δέμας. Ph. 823. Ἰδούς γέ τοι νῦν πᾶν παταστάσει δέμας. Iuvenilem imbecillitatem aperte prodit O. C. 346: ἐξ ὅτον νέας τροφῆς ἔληξε καὶ πατοχυσεν δέμας. De misere mortuo Polynice Antigona exclamat Ant. 903: νῦν δέ Πολύνεκες, τὸ σὸν δέμας περιστέλλοντας, τοιάδ' ἀρνυματι. Cf. Eur. Or. 1064. 40. Rigler. Melet. Nonn. P. II. p. 17. Ant. 205: έαν δὲ ἀθαπτον καὶ πρὸς οὐνῶν δέμας ἐδεστὸν αἰνισθέντ' ίδεν. El. 756. — *Dignitatem* personae uno quod sciam loco indicat: Ant. 945: ἔτλα καὶ λανάς οὐράνιον φῶς ἀλλάξαι δέμας ἐν χαλκοδέτοις αὐλαῖς: corporis autem *vigorem* O. C. 110: οὐ γὰρ δὴ τόδ' ἀρχαῖον δέμας. Quibus exemplis eum meam de poeta sententiam probasse videar, non repugnabunt mihi, opinor, Tr. 908: εἰ τον φίλον βλέψειν οἶκετῶν δέμας sui sese dissimilem praebere eum affirmanti. Vix enim mihi persuadeo, verba illa ad humile et ignobile servorum genus spectare, quo quamvis argutiore argumento longiusque petito ab incuriae criminis poetam vindicare quispiam studuerit; immo arbitror equidem, esse hunc locum in iis, unde Trachiniarum fabulam minore cura politam esse merito colligere liceat. Nusquam vero Soph. hanc vocem usurpat nisi de homine, cum Euripides Hel. 1562. ταύρειον δέμας dicat. Quae Thyest. Sic. fr. 7, 4. enim leguntur: κειλημάτωται.. δέμας, coniecturis doctorum hominum nondum satis ea emendata esse arbitror. Cum Bergk. enim proposuerit: χῶρος εὐανθές δέμας, Cobet. autem (Addit. ad Phoen. ab Geelio edit. p. 267.): χλωρὸν εὐανθές δέμας: neutrum miror offendisse in voce δέμας, qua nihil ineptius hic cogitari potest. Requiritur nisi admodum fallor substantivum, quo verbi κληματονθατι vis aliquantum amplificetur. Vide igitur an scripserit poeta: κειλημάτωται χῶρος εὐανθεῖς ηλάδας. — Mulieris tenerae potissimum figurae circumlocutione designandae est vocabulum εἶδος. Cf. El. 1177: κλεινὸν εἶδος Ἡλέκτρας. Nae-gelsb. ad Il. I, 115. III, 39. Doederl. Hom. Gloss. I. p. 230. n. 353. Nietzsche. ad Od. VIII, 134. Nec repugnat Tr. 1069: εἰ τούμὸν ἀλγεῖς μᾶλλον ἢ πεντης δόρων λαβητὸν εἶδος ἐν δέκη πακούμενον, quoniam voce εἶδος Deianirae potius quam Herculis corpus significatur; neque, quod λαβητὸν additum est, eo refellitur, quod de vi eius vocabuli affirmavi. Non attributi enim loco cum substantivo consociatum est λαβητὸν, sed ei est appositorum, ut Ai. 1388: ἡθεληστὴν λαβητὸν αὐτὸν ἐιβαλεῖν ταφῆς ἀτερ. Atque scholiasta interprete: „ὅταν ἴδης τὸ σῶμα τῆς Δηϊανείρας παρ' ἐμοῦ βλαπτομένον καὶ διαιώς παταπονούμενον“ non dubito emendare: λαβητὸν εἶδος πάντα δέκη πακούμενον. Hoc addo, ea quam commendavi, interpretatione nonnihil acerbitatis Herculis dicto afferri, cum formae dignitati (εἶδει), quod eam vix deceat (λαβητόν), contrarium apponatur. — Quod Aeschylus Sept. 469. de Hippomedonte usurpat vocabulum σχῆμα, eo utitur Soph. Phil. 952. de antro: ὁ σχῆμα πέτρας δίπυλον, quo odiosum illud et incultum domicilium Hercules significat. Quam tristitia et deformitatis vim aliis quoque locis huic voci subiectam animadvertisimus, ut Eur. Alc. 911: ὁ σχῆμα δόμον, πᾶς εἰσέλθω; Cf. Fr. Aeol. 24, 3. Imprimis digna est quae conferatur Pflugkii de hac voce expositio ad Eur. Hec. 619. Qui quidem demonstravit, pro sententiae ratione illud vocabulum etiam *laudis dignitatisque* notionem habere, eiusque rei testem affert Ant. 1169: καὶ ξῆ τύραννον σχῆμα ἔχον i. e: regia dignitate ornatus; cf. Musgr. et Koern. ad E. Andr. 1.

<sup>20)</sup> Graecorum ἄνηρ, uti Lat. *vir* saepe fortitudinis, virtutis, gloriae vim tenere constat. Cf. Ai. 817. 1238. Eur. Or. 1351. Hec. 310. Tro. 606. Heracl. 998. Catull. 68, 90: *Troja vīrum* et virtutum omnium acerba cinis. Wund. ad O. C. 389. Reisig. ap. Wuestem. ad Hor. Sat. I, 4, 2.

*Blomf.* *Gloss.* A. *Sept.* 484. Non addito vero, quo definiatur, adiectivo vel substantivo *οχῆμα* laudem significare non potest; quapropter vix probabilis est *Bergkii* (*Ann. phil. et paed. Vol. 61. p. 248*) coniectura, qua corrupto *Oedipi Col.* loco v. 710. mederi sibi videbatur: *δαίμονος εἰπεῖν σχῆμα μέγιστον*. *Venustius* illud et multo gravius *αὐχῆμα* suo loco exigere non debebat. Quam equidem (*Ann. ph. et paed. Suppl. XVII. p. 295.*) proposui emendationem: *δῶρον τοῦ μεγάλου δαίμονος αὐχῆμα μέγιστον*, eictis et *εἰπεῖν* et in stropha *Πέλοπος* tanquam futilibus librariorum additamentis *cll. Eust.* *ad Dion. Perieg.* 403. et *Bernh.* *ad eiusd. libri* v. 592. p. 689., eam in ed. II. iudicio suo comprobavit *Schneidewinus*. — Vocabulum *χοῖμα* *Soph.* de personis numquam, de apro adhibet *fr. Meleagr.* I, 1: *οὐδὲ μέγιστον χοῖμα*. *Ph.* 1265. enim: *κακὸν τὸ χοῖμα* non recte periphrasin habet *Ellendl*; cf. *Herm.* *ad h. l.* *Euripides* vero et *χοῖμα τοῦ βίου* *Suppl.* 953. dicit et invisum mulierum genus *χοῖμα θηλεῖν* (*Ph.* 198. *Andr.* 181.) appellat. Cf. *Pflugk.* *ad h. l.* *Valck.* et *Pors.* *ad Ph.* 206. *Wex.* *ad Ant.* 334. *Ilgen.* *ad Hom. h. in Merc.* 332. p. 439. *Bernh.* S. p. 52: quod notat idem voce *φυτόν*, pari invidiae teste, *Hipp.* 630. Cf. *Valck.* *ad h. l.* *Pflugk.* *ad Med.* 231. *Aesch.* *Suppl.* 268. — Adnecto usum vocabuli *βία*, quo Homeri exemplum secutus *Aeschylus* ita utitur, ut heroum significet dignitatem: quare non mirum, hanc periphrasin in ea potissimum fabula, quae „*Martis plena*“ vocatur (*Ar. Ran.* 1021.), frequentari. Sensim vero ea obsolevit; itaque rariores eius usus apud *Soph.* et *Euripidem*, qui uno loco eam adhibet: *Phoen.* 56: *χλευήν τε Πολυνείκους βίαν*: cf. *Klotz.* *ad h. l.* Quod *fr. Pirith.* 5, 5. enim legitur: *πρὸς βίαν Εὐρωθέως*, id recte *Wagner*, interpretatus est: *per vim*. Contra exquisitiora non respuit, velut *Ion.* 204: *τὰν πῦρ πνέοντας ἐναίρει τριώματον ἀλιάν*. *Tr.* 58: *πρὸς σὴν ἀφέμαι δύναμιν*<sup>31)</sup>. *Rhes.* 821: *ῳ πολιούχον πράτος*. *Ib.* 708: *τίς; ἀλιήν τίνι αἴνεις*; de quo loco *C. Matth. Lex. Eurip.* *praef.* p. VIII. non debebat dubitare. Apud *Sophoclem Tr.* 1059: *θήρειος* (i. e. *θηρῶν*, cf. *Wund.* *ad Ai.* 49.) *βία* ferae beluae dicuntur, in quibus immanes *Centauri* numerantur, quos poeta v. 1095. significat: *διηρῆται ἄμικτον ἐπποθάμονα στρατόν*, *θηρῶν ὑβριστήν*, *ἄνουν*, *ὑπέροχον βίαν*: ita enim interpungendum, ut *θηρῶν* *βία* copulata appareat. In personae periphrasi legitur *βία* *Phil.* 321: *συντιχών κακῶν ἀνδρῶν Ἀτρειδῶν τῆς τ' Οδυσσέως βίας*, quo loco vim ab *Ulyxe* sibi illatam *Neoptolemum* tecte significare, non imitationem Homeri cerni solam, aperte declarant eiusdem verba v. 314. Cf. *Buttm.* *ad h. l.* *Aegre* tamen interpretando excusat periphrasis *Tr.* 38: *εξ οὐ γὰρ ἔπειτα κενὸς Ἰφίτον βίαν*. Nec mirum id, cum hanc tragediam constet non omnibus rebus esse elaboratam. Interea suspicor, superbiam istam, qua cum patre *Iphitus* fratresque *Herculem* lacesciverant, leviter perstringi: *ὑβριν γὰρ οὐ στέργονται οὐδὲ δαίμονες* v. 280 sqq. — Ut *βία*, sic *οὐθένος* ad vim omnem vehementiorem indicandam usurpat. Qua voce *Soph.* utitur *Tr.* 497: *Μέγα τι οὐθένος ἀ Κύπροις ἐγρέεται νίκας ἀεί*. Deinde *Acheloum* et robore et figura horribilem, quocum acerrimum de *Deianira* certamen *Herculi* erat, appellat *Tr.* 507: *ποταμοῦ οὐθένος*. Cf. *Hom. Il.* 13, 248. 18, 486. Quod *Soph.* addit: *ὑψηλῷ τετραόδου φάσμα ταύρου*, i. e.: monstrum tauri, idem de *hydra* *Lernaea* usurpat *Tr.* 837: *δεινοτάτῳ μὲν ὑδρας προστετακὼς φάσματι*, si integra est librorum scriptura, id quod summo iure admodum dubitatur. Cf. *Herm.* *ad h. l.* Neque vero v. 574: *θρέμμα Λεονταῖς* *ὑδρας* huius generis est; item ab hoc loco alienum esse *Tr.* 1099: *δεινῆς Ξελνῆς θρέμμα* et *Ph.* 243: *θρέμμα λυκομήδους* vix est quod affirmem. — Ad deorum maiestatem praedicandam poeta utitur vocabulo *σέβας*. Cf. *O. R.* 830: *ῳ θεῶν ἀγνὸν σέβας*. *Ph.* 1289: *ἀγνὸν Ζηνὸς ὑψότου σέβας*, uti recte nunc scribitur. Cf. *Pors.* *ad Eur. Med.* 750. *Eur. Or.* 1242: *Δίκης σέβας*. *Cycl.* 580: *δαιμόνων ἀγνὸν σέβας*. Exprimit autem poeta summam Iovis maiestatem, qui coeli splendore quasi regnet collistratus. Addo *Soph. Ter.* fr. 9. (518.):

<sup>31)</sup> De nostris poetis v. *Reinh. Vulp. Henrici* v. 1876. p. 90. ed. Grimm: Ein arzet von Salerne der saeh' tur ere gerne.

Ηλιε φιλίπποις Θρησκεί πρέσβυτον σέβας, si vera est *Bothii* conjectura, *Lobeckio* Agl. I. p. 296. quidem probata. — Cum ab oculis veteres scriptores varias peterent locutiones translatas ad summum declarandum amorem (cf. Catull. 3, 5. 14, 1. 104, 2. 82, 4. Plaut. Pseud. I, 2, 46. *Doering.* ad Cat. 3, 5. *Kuehn.* ad Cic. Tusc. II, 26, 63.), omnemque felicitatem, salutem, splendorem vocabulis ὄμμα et ὀφθαλμός exprimerent, (cf. O. R. 987. Aesch. Ch. 922. Pers. 149.): cum alii poetae (Catull. 31, 2. Pind. Ol. V, 16; cf. *Vecht.* Hellen. p. 445 sq.), tum tragicci ad homines cum primis amatos ea transferebant. Cf. Ai. 977: ὁ φίλτατος Αἰας, ὁ ξύναυμον ὄμμα ἐμοῦ. *Vatck.* ad Eur. Ph. 415. *Pors.* ad Or. 1080. *Blomf.* Gl. Aesch. Pers. 173. *Dissen.* ad Pind. Ol. II, 10. *Buttm.* ad Phil. 171. Longe diversa ratio est periphrasis Ai. 140: μέγαν ὅκνον ἔχω καὶ περόβημα πτηνῆς ὡς ὄμμα πελεῖας, de qua v. *Lobeck;* cf. O. C. 729: ὁρῶ τιν' ἵματς ὄμματων εἰληφοτας φόβον κ. τ. λ. Collatis his chorique verbis Tr. 107. lucem non desiderabit eiusdem chori dictum Tr. 527: ἀμφιελκτον ὄμμα τύμφας. Cf. *Meyer.* I. c. p. 29. — Ut Homericum φίλη κεφαλή (Il. 8, 281; cf. Rhes. 903: φίλα κεφαλά). Ib. 226: δία κεφαλά), Latinorum *caput* (Hor. C. I, 24, 2.), nostrum *Haupt* (*Schill*: Er zählt die Häupter seiner Lieben etc.): sic amoris, pietatis, observantiae imprimis exprimendae vox κάρα esse solet. Cf. Ant. 1: ὁ κονὸν αὐτάδελφον Ιουμήνης κάρα, de quo loco praeclare exposuit *Schneidew.* Ant. 899. 915. El. 1164: καστρητον κάρα. O. R. 40: ὁ κράτιον Οἰδέπον κάρα. 950: ὁ φίλτατον γναυκὸν Ιοκάστης κάρα. 1207: ὡς κλεινὸν Οἰδέπον κάρα. 1235: τέθηκε θεῖον Ιοκάστης κάρα. O. C. 321: Ιουμήνης κάρα. 1631: ὁ φίλον κάρα. 1657: οὐδὲ ἀν εἰς θυητῶν φράσεις πλὴν τὸ Θησέος κάρα, quo loco verecundiae vim periphrasis sine dubio prodit; cf. Eur. Or. 470. Ant. 764. autem: οὐ τ' οὐδαμὰ τούμὸν προσόψει κράτη ἐν ὀφθαλμοῖς ὁρῶ nihil videtur significare nisi: *sulvum me;* ad vitae salutem enim haud raro κάρα refertur. Denique O. C. 750: ἀελ σε κηδεύονσα καὶ τὸ σὸν κάρα ipsa enunciati forma cura exprimitur singularis, qua patrem miserrimum eumque *caecitate* laborantem pia filia foverit, ut scite docuit *Schneidew.* Cf. v. 285. et 555. — Quae si consideraveris, elucebit opinor, sine gravitate numquam usurpasse hanc vocem Sophoclem; eademque laude dignus est *Aeschylus.* Cf. Ag. 872. 1584: οὐ φημ' ἀλύξειν ἐν δημη τὸ σὸν κάρα.. λευσίμους ἀράς, ubi nota translatione poenae plagaeque dicuntur, quae capiti infliguntur; cf. O. C. 564. Ant. 1272. 1345. O. R. 263. A. Pers. 510 sq. *Passov.* s. v. *κεφαλή* 1. b. *Euripides* vero eius vim neglexit interdum, ut Or. 1380: τι δ' ἔστιν.. Ιδαιον κάρα; nec dubitavit dicere: ὁ παχὸν κάρα (Hipp. 651.), et ἀνόσοιον κάρα (H. fur. 255. Cycl. 438.), idemque in alloquio Or. 475; (cf. Catull. 116, 4: *infestum caput*). — Neque apud Sophoclem invenitur, quae Euripi placuit, personae ista periphrasis: ὁ φίλον γένειον, de qua v. *Pflugk.* ad Hec. 286. Muliebria eiusmodi blandimenta respuit severa Sophoclis maiestas. Quae Electra enim exclamat El. 1357: ὁ φίλταται μὲν χειρες, ἥδιστον δ' ἔχων ποδῶν ὑπηρέτημα κ. τ. λ. circumlocutionem ea non efficiunt, et certo quodam consilio manuum appellatio instituta est, qua quid spectaverit poeta, *Wunder.* dispexit<sup>32)</sup>. — Transeo ad vocabulum ὄνομα, cuius vim *Seidl.* ad E. Iph. T. 875. interpretatione sua debilitat; agnoscit eam *Pflugk.* ad Hec. 435. Aut nominis enim famaeque (cf. O. C. 265.

<sup>32)</sup> Nihilo minus displicet sententiae huius conformatio ita quidem variata, ut manibus appellatis ad *pedum* mentionem se convertat oratio, cum praesertim unius *manuum* ministerii Orestes modo meminerit. Quod incommodum nec *Bothii* emendatione (ἥδιστον δ' ἔμοι), nec conjectura *Wieckit* (Ueber d. El. des Soph. Merseb. 1825. p. 34.): ἥδ. δὲ σῶν tollitur. Videntur πόδες tanquam consueti χειρῶν comites importune in hanc sententiam irrepsisse, suoque loco exiguisse quae a poeta prefecta arbitror: ἥδιστον δ' ἔμοι πόρων ὑπηρέτημα. Bandem autem vocem (πόρων) brevi intermisso spatio bis positam accommodatam habeo virginis commotioni et alacritati orationis. — Ceterum conferre iuvat Eur. Or. 1045 sqq., non quod Sophocles lucem inde allaturus sim, sed ut hoc quoque exemplo comprobem, Sophoclem minuta ipsa prudenter expendere, non item Euripidem. Ineptam enim fatuamque ne dicam totius loci rationem, qua Orestes et commotum sibi esse animum et sororem se amplexu quasi remuneraturum, sollemniter indicat ac promulgat, eiusque rei excusationem adeo addit: ipsum illud pectoris alloquium hoc quidem loco nihil sere est nisi inanis periphrasis. Cuius immoderationis Euripideae alia exempla sunt Andr. 1181: ὁ φίλον στόμα καὶ γέννην καὶ χέρες, εἴθε σ' ἵππο ηναρε δαίμων. Iph. T. 1068 sqq.

Tr. 817.), aut *gloriae, decoris, pietatis* notio in eo inest. Cf. O. C. 306. 667: *τούμον* φυλάξει σ' ὄνομα. 1003: *καί οὐ τὸ Θησέως ὄνομα θωπεῦσαι παλόν,* quod respondet fere nostro: „Hoheit“. Tr. 1065: *καὶ μὴ τὸ μητρὸς ὄνομα πρεοβεύσῃς πλέον,* cuius sententiae iam supra p. 5. mentionem inieci; cf. Ov. Met. 8, 508: *Nunc animum pietas maternaque nomina frangunt.* Bach. ad Ov. Met. 8, 464. Sophocle saepius hac periphrasi utitur Euripides, ut Iph. T. 905. Hec. 381; cf. Herm. ad Hec. 433. — Non aliter *σῶμα* loco pronominis quod dicunt personalis saepius legi affirmare solebant: cf. Brunch. ad O. R. 643. Seidl. ad Eur. Tro. 206. At numquam sua vi destitutum est, qua hominis naturam ac condicionem propriam significat; quod non fugit *Ellendtium*, qui diligentius in vocabuli usum inquisivit, aptamque plerumque statuit eius interpretationem. Ac primum quidem El. 1333: *ἡν ἀν ὑμῖν ἐν δόμοις τὰ δρώμεν ἴμων πρόσθεν ἡ τὰ σώματα, i. e.: ἵμεται αὐτοῖς, manifestum est, cum acume quodam orationis consulto litterarum similitudinem a poeta esse quaesitam.* Suae vero ipsius *vitae salutem*, infesto Creontis impetu in discrimen adductam, Oedipus significat O. R. 643. cf. Catull. 64, 81. Longe plurimis autem locis *vilitatis* aut *infirmitatis* notio hac voce continetur, ut Ant. 676: *τῶν δ' ὁρθουμένων σώζει τὰ πολλὰ σώματ' ἡ πειθαρχία,* quae superbi principis animum produnt, imperii splendore elati. Non secus vocabulum *corporis* Latini usurpare solent; cf. Ov. Met. 8, 593: *periturae corpora natae.* Tac. Hist. II, 11: *speculatorum corpora.* Curt. V, 20, 6: *vilia captivorum corpora.* Fabri ad Liv. XXII, 22, 7. — Infirmitatis vim prae se ferunt O. C. 355: *ἄ τοῦδ' ἔχοισθη σώματος.* 266: *οὐ γὰρ δὴ τό γε σῶμα.* O. R. 961: *ομιχλὴ παλαιὰ σώματ' εἰνάζει δοτή:* eiusdem generis est Ai. 758: *τὰ γὰρ περισσὰ πανόρητα σώματα πίπτει βαρεῖσις πρὸς θεῶν διγραφέσαις:* cassas enim nuncius dicit *homunculorum contentiones;* cf. v. 760 sq. *Miseriae* porro significationem facile senties expressam El. 1181: *ὦ σῶμ' ἀτίμως καθένοις ἐφθαμένον.* Cui loco addo El. 1233: *γοναὶ σωμάτων ἐμοὶ φίλτατον,* ubi periphrasi, quam Schneidew. statuit, (cf. Jacob. de usu num. plur. Numb. 1841. p. 39.) non locus est: quantumvis enim apud Eurip. Med. 717: *παῖδων γονὰς οπεῖσαι et v. 1136: τέκνων οῶν διπτυχος γονή legatur,* nisi de *ipsis liberis* periphrasis illa usurpari nequit. Agamemnonis igitur prolem appellare Electra statuenda est; atque aptissime hoc ea loco patris meminit, ad quem omne utriusque studium pietasque eo potissimum tempore applicare se ac referre debeat; *σώματα* autem cum dici soleant mortuorum (cf. Heyn. ad II. III, 23. Lehrs. Arist. p. 95.), uti *corpora* (cf. Cic. in Cat. III, §. 24. Ov. Met. XIII, 284. XIV, 801. Catull. 64, 360.); hanc vim quoque loco tenere probabile est. — In periphrasi semel *σῶμα* adhibetur: O. C. 1568: *σῶμα τὸ ἀνικάτον θηρός,* i. e.: monstrum beluae; quem *τούμοντον σκύλακα* (Tr. 1098.) Ovid. Met. 10, 66. vocat: *tria colla canis.* Cf. Virg. Aen. VII, 18: *formae magnorum ululare luporum.* Ov. Met. 2, 267. Bach. ad Met. 8, 152. — Pro circumlocutione non habendum esse Ai. 14: *ὦ φθέγμ' Ἀθάνας,* vix est quod affirmem. Cf. Schneidew. ad h. l. Kayser. Ann. phil. et paed. 63. p. 6. Rhes. 608 sq: *Δέοποι Ἀθάνα,* φθέγματος γὰρ ἥσθόμην τοῦ σοῦ συνήθη γῆσσαν. In alloquendo autem haud raro φθέγμα usurpatur, ubi vocis suavitatis vel invidiae ratio habetur; cf. El. 1225: *ὦ φθέγμ' ἀφίκου;* quae Electra grata fratri voce tandem audita pronunciat. Ph. 234: *ὦ φίλτατον φωνημα.* O. C. 863: *ὦ φθέγμ' ἀναιδές,* ἢ σὺ γὰρ φαίσεις ἐμοῦ; Similis usus est vocabuli *στόμα.* Cf. O. C. 794: *τὸ σὸν δὲ ἀφῆται δεῦρον ἐπόβλητον στόμα,* πολλὴν ἔχον στόμων, quibus verbis Creontis blanda ista orationis mendacia, quae Oedipus exulcerato animo detestatur, describuntur; quo loco simplicior aliquantum vocis *στόμα* usus O. R. 426: *πρὸς ταῦτα καὶ Κοέοντα καὶ τούμον στόμα προπηλάσαι.* Unde sit, ut *στόμα* saepius idem valeat quod λόγοι iisque invidiae fere pleni. Cf. O. C. 981. O. R. 671. Ai 1110. Exorsus inde non dubitavit poeta eo progredi, ut diceret O. R. 132: *τὸ ταῖς εὐφίμοις στόμα φροντίδος λέντες,* cum usitatus esset γλώσσαν ἔρει. Cf. Schneidew. ad h. l. El. 596. Tr. 323.  
Non minus dicentis affectus motusque animi produntur commotiores, si quis non homi-

nem qui afficiatur appellat, sed intimos eius sensus qui tangantur ac percellantur. Cf. O. C. 655: τούμὸν οὐκ ὀκνεῖ πέαρ. O. R. 64: ἡ δὲ ἐμὴ ψυχὴ πόλιν.. οτένει. Ant. 559: οὐ μὲν ἔης, ἡ δὲ ἐμὴ ψυχὴ πάλαι τέθυνεν. Ph. 55: τὴν Φιλοκτήτου σε δεῖ ψυχὴν ὅπως λόγουν ἐκλέψεις λέγων, ubi animum significari affirmans candidum, securum, neque quidquam mali praesentientem, non mihi videor nimium quantum sapere. Tr. 482. δειμαίνων τὸ σὸν μὴ οτέρον ἀλγύνομι τοῖςδε τοῖς λόγοις: per translationem enim οτέρον et οτέρα, uti οτίθεα et οτήθος apud Homerum (Il. 4, 24.), animum significant; cf. O. C. 487. Ant. 639. Ph. 792. Eriph. fr. 294. Sed talia quam vim habeant, qui non prorsus obduruere, facile persentiscent, suntque ea satis trita. Cf. Xen. Cyr. VII, 3, 8. Reisig. ap. Wuestem. ad Hbr. Sat. I, 5, 41. —

Reliquum est, ut quae ad membra corporis, loca, inanimasque res spectant periphrasis exempla breviter indicem. Pro pede non simpliciter, sed respiciens eam eius, quae laboret, partem, Soph. dicit: ποδὸς ἄρθρον Ph. 1202. Cf. v. 824. Eadem vocem de oculis usurpat O. R. 1270: ἄρθρα τῶν ἀντοῦ κύκλων. Cf. Wund. ad h. l. Κύκλοι enim haud raro significant oculos, ut O. R. 1270. O. C. 704. Ph. 1354. Inde Ant. 974. plenus eos dicit ὄμμάτων κύκλους. (Nonn. Dion. VII, 191: κύκλος ὀπωπῆς.) Eadem vox ad solem transfertur Ant. 416: λαμπρὸς ἥλιον κύκλος. (Aesch. Pers. 499.); fr. 481: οτρέφοντα κύκλον ἥλιον. Cf. Aesch. Prom. 91. Eur. El. 465. Solem appellat etiam φλόγα ἀνατος Ἡλίου O. R. 1425; cf. A. Prom. 22. Nocturnum coeli orbem describit Ai. 672: νυκτὸς αἰσθήσης κύκλος. Tenebras Tartari dicit O. C. 1390: τὸ Ταρτάρου ἔρεβος. His adnecto Ant. 610: κατέχεις Ὁκύπον μαρμαρόσσαν αἴγλαν, quorum similia sunt Homeri illa verba Il. 1, 532. 13, 243. Od. 20, 103: ἀπ' αἰλίγεντος Ὁκύπον. Qua adhibita periphrasi, collatisque Aesch. Pers. 622. Eur. Ion. 1434., chori dictum O. C. 701: γλαυκᾶς παιδοτρόφου φύλλον ἐκατασ in Ann. phil. et paed. Suppl. Vol. XVII. p. 295. ita explananda demonstravi, ut *oleu* significetur, *frondis* *ubertate insignis*. Secutus est hanc interpretationem Schneidew. ed II. Adiectivum vero in hac periphrasi non uti assolet (cf. Lobeck. ad Ai. p. 73.) ei nomini, unde pendeat genitivus, appositum est, sed ipsi genitivo, cuius rei exempla non desunt; cf. Tr. 597: ἑγένεσθε τετραόρον φάσμα ταύρου. O. C. 1568: σῶμα ἀνικάτου θηρός. Ai. 135: τῆς ἀμφιρύτου Σαλαμῖνος βάθρον ἀγγάλον. Eur. Tro. 339: ἐμῶν γάμων εὐηγ. Ib. 800: νάσου περικύμονος ἔδραν. Ib. 1208: οκλευμάτων Φρογύων πόσμον cf. v. 1220: Φρογύα πέπλων ἀγάλματα. Rhes. 278: ποίας πατρώας γῆς ἐρημώσας πέδον; — Decet non minus poetae orationem: ἀδινῶν χλωρὰν δακρύνων ἄχναν Tr. 849. Cf. ib. 852: παγὰ δακρύνων. Ant. 803. — In locorum descriptione pariter atque Aeschylus (Sept. 84. Pers. 483.) poeta vocabulo πέδον utitur, ut O. C. 736. Ph. 69. 1464. Ai. 859. Cf. Rhes. 278. 432. 962. Deinde πλάκα Σουνίου Ai. 1220., Οίτης πλάκα Ph. 1430. dicit. Firmae sedis notio inest in voce βάθρον Ai. 135: ἀμφιρύτου Σαλαμῖνος βάθρον. Ib. 860; cf. Eur. Tro. 800. Ph. 1000: γῆς τόδιον αἰτευόντος βάθρον. O. C. 1662: γῆς ἀλύτητον βάθρον. Seidl. ad Eur. Tro. 16. Maetzn. ad Lyc. p. 252. Vocem τόπος bis in periphrasi adhibet: Ai. 437: Τροίας τ. et O. R. 1134: Κιθαιρῶνος τ. Cf. Aesch. Pers. 442. Quo vocabulo Euripides fere delectatur: ἔδρα (cf. El. 458. Tro. 557. Rhes. 8. 554. Aesch. Eum. 11.), eo Soph. non ad periphrasin usus est, dixit vero Τροίας ἔδαλια fr. 41. Nec quale Rhes. 288. legitur: ἐστίαν χθονός, in Sophocleis quae manserunt tale quid reperitur. Fugit idem vocis γένος usum, quae Euripidi mirum quantum placuisse videtur; cf. Iph. T. 633. Bacch. 261. 381. Cycl. 415. Andr. fr. 29. Suppl. 1150. Blomf. Gl. in A. Pers. 489. — Duo iam huius generis exempla restant: Tr. 656: πολύποτον ναὸς ὄχημα, et Tr. 993: Κρηταὶ νοτητὶς βωμῶν, quo quidem loco ad aliud periphrasis genus perducimur, quod olim in pleonasmis numerabant.

Haud raro enim substantiva consociantur, quae „natura inter se aliquid differunt“, quamquam hoc discrimen non omnibus locis nobis hodie dispicere licet. Ac recte Herm. Op. I. p. 224: „ne in his quidem, inquit, quidquam est quod non veniat in cogitationem.“ Cf. Bernh.

S. p. 54. *Lob.* Paral. p. 534 sq. Facile expediāt *Ai.* 1163: ἔριδός τις ἀγών, i. e.: rixae certamen; cf. *Lob.* p. 452. *Tr.* 20: ἀγῶνα μάχης, quo certamen laboriosum describi ex iis etiam, quae sequuntur (*τρόπον πόνων*) patet; cf. *Ph.* 508: δυσόστων πόνων ἀθλα. *Tr.* 506: ἀθλα ἀγώνων i. e.: labores certaminum; cf. *Pind. Isthm.* I, 18. Saepe coniuncta etiam leguntur λέχος, λέκτρον, εύνή, κοίτη, velut *Ant.* 425: κενῆς εύνῆς ὁρφανὸν λέχος cf. *A. Pers.* 538. *Eur. Med.* 436. 1338. *Alc.* 925: λέκτρων κοῖται, quae distare inter se probatur his: ὁ λέχη τε καὶ νυμφεῖ ἐμά, τὸ λοιπὸν ἥδη καίρεθ', ὡς ἔμ' οὐποτε δέξεσθ' ἐτὲν κοίταισι ταῖςδ' εὐνήτριαι *Tr.* 920. sqq. <sup>33)</sup> *Ai.* 363: πῆμα κακοῦ iam Eustath. expedivit cl. *Hom. Od.* 3, 152. 14, 338: δύνης πῆμα, quibuscum componere iuvat *O. R.* 1319 sq: θαῦμά γ' οὐδέν, ἐν ποσοῖς πῆμασιν διτίλα σε πενθεῖν... κακά. *Ph.* 778: πῆμα νόσου. — *El.* 168: οἴτον κακῶν contulerim cum *A. Pers.* 434: συμφορὰν κακῶν. *E. Med.* 861: μοῖραν φόνου, quod *Klotz.* recte interpretatur: „destinatum caedem“. *Aesch. Ag.* 1430: μοῖραν θανάτου. *Hom. Il.* 3, 101. *Od.* 2, 100. 17, 326. — Porro cf. *Ph.* 594: πόδις δοχύος κράτος i. e.: cum robore virium. Nec difficulter vim verborum sentimus, quae sunt *Ant.* 966: πελαγέων διδύμας ἀλός i. e.: fluctuum maris, si integra est librorum scriptura. Cf. *Eur. Tro.* 88. *A. Pers.* 422. 462. *Wex.* ad *Ant.* l. c. *Lob.* ad *Ai.* p. 133 sq; et de usu Lat. linguae *Lucret.* V, 998. *Virg. Georg.* I, 469. *Ov. Met.* II, 872. *Cat.* 64, 179. *Tib.* III, 4, 85. *Manil.* V, 158. — Neque vero huius generis est, quod legitur *O. C.* 685: κρῆναι... Κηφισοῦ νομάδες ὁ εέθρων, quam sententiam primus patefecit *F. Thiersch.* de l'état actuel de la Grèce. II. p. 25. Dicit enim *rivos* dici a Cephisi fluminibus (*Hor. Epop.* 13, 14.) deductos, gregisque instar errantes per agros, quoquo hortulani ducant, irrigandos: cf. *Virg. Geo.* I, 106. Aptissima autem ea potissimum de causa haec est interpretatio, quoniam de fluvii perennis irrigatione praecipue poeta loquitur, quique fructus in agrorum fertilitatem inde redundet, praedicaturus est. Cf. *Unger. Theb. Parad.* I. p. 198. Commendatur ea interpretatio ipsis schol. verbis: κρῆναι νομάδες αἱ ἐπινεμόμεναι. — Non alienum tamen est ab hoc loco, quod in eodem cantico v. 691. reperitur: πεδίων στερνούχου χθονός: στερνούχος enim idem valet quod πεδιούχος. Cf. *Schol.* et *Suid.* s. v. στέρνα, et quae aptissime conferuntur *Stasin. Cypr.* 1, 2: βαθυτερον πλάτος αὔγη, cf. *Rhes.* 283: πλατεῖας πεδιάδος θ' ἀμαξιοῦ. Fertilitatem vero adiectivo non exprimi, cuius interpretationis et *Reisig.* et nuper *Brandes.* lib. schol. Lemg. 1848. p. 20. patroni exstitere, breviter demonstravit *Hermannus*: „non enim ubera sed pectus στέρνα vocatur“. Cf. *Eur. Hec.* 424: ὁ στέρνα μαστοί θ' οἵ μ' ἐθρέψατε. 560: μαστοὺς ἔδειξε στέρνα τε. Quam *Thiersch.* l. c. protulit huins loci explicationem, ea non probabilis est, quoniam, ubi irrigatio agri ac fertilitas laudatur, nihil refert, sitne planities collibus distincta nec ne.

Discrimen igitur si verum quaerimus vocabulorum ubique animo quidem sentitur. Inferioris vero aetatis poetae cum colorem orationis fuso quasi mentirentur, non est quod miremur. *Nonn. Dion.* 41, 93: ἡλίου νεοφεγγές σέλας αἴγλης, quo tumore superatur Euripides *Tro.* 860: ὁ καλλιφεγγές ἡλίου σέλας. — Alia huins ubertatis exempla collegerunt *Blomf. Gl. A. Pers.* 425. *Pflugk.* ad *E. Alc.* 925. *H. fur.* 664. *Porson.* ad *Hec.* 298.

<sup>33)</sup> *Ph.* 160: οἰχον περιφίης κοῖτης diversi est generis. *Kotη* enim *oīχον* efficit; genitivus est igitur epexegeticus, quem dicunt, cuius exempla sunt: θεάτρον τελευτή (E. Med. 152. Fr. inc. 143, 7.), λόγων εἰσιτολαί (S. Tr. 493.), iussorum poena *laborum* (*Ov. Met.* 9, 14.). Quod epexegesis genus apud Graecos non minus quam apud Latinos late patet. Cf. *Bernh. S. p. 113. Reisig. Enarr. O. Col.* 716. *Schol.* de gramm. Lat. p. 635. C. *Matthiae* Qu. Soph. p. 20. *Fabri ad Liv.* 24, 35, 3.

(His libellis cum non liceat esse pleonasmis, plura nunc persequi prohibemur.)

Corrigenda: Pag. 5. l. 8. pro <i>tubet</i>	lege <i>ait</i>	Pag. 10. l. 40. pro <i>plurimi</i>	lege <i>plurimum</i>
" 6. " 1. " <i>existimatione</i>	" <i>existimationi</i>	" 11. " 34. " <i>detruncatas</i>	" <i>detruncatam.</i>
" 8. " 14. " <i>Ai.</i>	" <i>Ant.</i>	" 12. " 1. " <i>χερός</i>	" <i>χερός</i>
" 8. " 29. " <i>tuitus</i>	" <i>tutatus</i>	" 12. " 11. " <i>perissologias</i>	" <i>perissologie</i>
Pag. 16. l. 40. pro <i>praepositionis</i> lege <i>praepositiones</i>			Dr. Schmidt.